APOLOGIA

PETRI POMPONATII

MANTVANI.·.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI: ET ILLVSTRISSIMO DOMINO SVO COLENDISSIMO. D. SIGISMVNDO DE GONZAGA MARCHIONI. &c. SANCTAE MARIAE NOVAE DIACONO CARDINALI MAN/TVANO LEGATO APOSTOLICO. &c. PETRVS POMPONATIVS MANTVANVS CLIENS: FOELICITA/TEM.

PELLES Ille Pictor celeberrimus/pfecta opa pponebat in pgula tranſeuntibus: atq̃
poſt ipſam Tabulam latens: uitia quæ notarentur: auſcultabat: uulgum diligentiorem
a iudicem: q ſe preferens. Feruntq̃ a Sutore reprehēſum: q in crepidis una intus pautio/
res feciſſet anſas. Eodem/poſtero die/ſuperbæ emendationem priſtinæ admonitionis
cauillante circa crus/indignatum proſpexiſſe/denuntiantem/ne ſupra crepidā Sutor
iudicaret. Quem ego ampliſſime pater æmulatus: librum quem ſuperiori anno de animorum̃ imor
talitate compoſui: hominibus iudicandum expoſui: ut ſi qua uitia notarent auſcultarem. Et quo/
niam q̃plures hunc librum noſtrum notare intellexi. Quorum̃ alii ueluti Sutores/de ſutoria arte iu/
dicantes/ſuæ notationis cauſam reddiderunt. Alii uero ueluti Sutores ſupra crepidam iudicantes/
nullam notationis ſuæ cauſam attulerunt. Cumq̃ utroſq̃/longe a ueritate remotos eſſe arbitrer:
Ideo Apologiam hanc ſcribere inſtitui. Et q̃q̃ plurima & ualidiſſima: hoc noſtrū Opuſculum quale
cūq̃ ſit: Tuo nomini dicare me adhortarētur: illud tamen præcipuū coegit: q ſi tu: qui Princeps &
Preſul exiſtis: cæteriq̃ Conciues mei: forſan iniquā aliquam opinionem/de me male audiendo: cō/
cepiſtis: eam nunc/hanc Apologiam noſtram legendo: a cordibus ueſtris prorſus amoueatis. Vale/
Bononiæ Tertio idus Nouembris. M.D.XVII.

PETRI POMPONATII MANTVANI APOLOGIAE LIBER PRIMVS PROLOGVS.

c

VM LIBELLVS Noſter de ĩmortalitate animæ:in inclitã Venetiarũ Vrbẽ delatus eſſet:Illico duæ ſectæ ĩſurrexerũt:Vna nãq; Fratrũ ſiue cucullatorũ nuncupata:quæ de heretica prauitate:apud eius Vrbis Patriarcã:& Illuſtriſſimos Senatores:me detulit. Vnde factum eſt:ut ſtatim eiuſdem Patriarcæ:& Senatus decreto:Bibliopola Libellũ iſtũ uendere interdiceref. Ideoq; Cuculati palã ĩ pulpito:me & Libellũ meum hereticum & ſciſmaticũ pnunciarent. Altera aũt fuit Secta quorundã doctiſſimorũ uirorũ:q & ſi minime hoc affirmarẽt. Librũ tñ hũc ueritatẽ non continere dicebãt: pr̃ſuſq; ab Ariſtot. ſñia alienũ. Quæ cum ad aures meas perueniſſent:qm̃ me Venetias transferrẽ non poterã. Etenim & legẽdi officio:& ĩfirmitate detinebar:ad amicos ibi morã agentes Litteras dedi:rogauiq;:ut quas rationes:iſti mei delatores aduerſus me:attuliſſent:p Epiſtolas notificarẽt. A quibus ĩtellexi:hos criminatores:nihil præter uerba:& maledicta:apud iudices habuiſſe. Verũ poſt aliquot dies Reuerendus Dñs meus. D. Petrus Lipomãnus:hic Bononiæ Iuriſpontificio uacãs:& Bergomi Epũs. Libellũ quendã ſine nominis auctore attulit:q non minus accutiſſimus & grauiſſimus eſt:q̃ uerborũ nominũq; elegantia refertus. Et q̃q̃ hic noſter cõtradictor prœceteris mihi acutior:& rationabilior uideaf:tñ qm̃ plene nr̃is argumẽtationibus ſatisfacere mihi nõ uidef:atq; ea quæ aduerſus nos adducit nõ multũ cogere:ideo ĩter nos integra remanẽre amicicia:omniq; ambitione remota propter ueritatis reuerentiam:ad ea quæ aduerſus nos ſcripſit reſpondere ppoſui. Et.n. ſi ueritatẽ dixero:ipſum nõ moleſte laturũ ſcio. Si uero errores meos aperiet:Nihil mihi gratius cõtingere poterit. Platone/& Ariſtotele dicẽtibus. Melius eſt ſuccurrere amico peccãti:q ipſi pecunia indigenti. De altera aũt Secta ideſt cucullata:q̃q̃admodum pauca dicã:tñ in Tertio huius Apologie Volumine:Sermo habebitur.

Caput Primũ. In quo oſtẽditur Reſponſiones datas ad. XV. Argumenta nõ ſoluere difficultates

d

ICIT Itaq; opponẽs. Primũ Argumẽtum noſtrũ eſſe hoc:ĩtelligere non eſt ſine phãtaſia. ergo aĩa nõ eſt ſeparata neq; imortalis. Ad quod ſic r̃ndet. Aſſumptũ eſſe uerũ p ſtatu iſto:falſum ãt p ſtatu ſeparato. Separata nãq; nullo mõ ĩdiget corpore:q̃ neq; phãtaſia. Nos aũt dicimus. Primo/q̃ ſi p ſtatu iſto ĩdiget phãtaſmate:& ſtatus iſte eſt ſecũdũ eſſe cõiunctũ: Secundũ igr̃ eſſe cõiunctũ indiget phãtaſmate:& cõuertetur. ſ. cũ indiget phãtaſmate:hẽt eẽ cõiũctũ:ſed ĩ omni intellectiõe noſtra de qua ſumus certi:ĩdigemus phãtaſmate/ueluti experimẽto apparet/ergo de ea nõ eſt affirmãdus alter ſtatus. Irrationabiliter igr̃ ponitur eam eẽ ſeparatã:cũ nulla operatio ſibi cõueniens ſecũdũ tale eſſe/certitudinaliter ſibi attribui poſſit. Huic forte dicif:q̃ ĩmo ſumus certi q̃ aliũ modũ intelligẽdi hẽt:eo &.n. q̃ nõ utitur organo in ſuo opere:& oẽs formas materiales intelligit:Scimus ipſam eſſe in materialẽ:& per conſequẽs habere eſſe ſeparatũ. cumq; operatio ĩſequif eſſe:ergo hẽt & operationẽ a corpore independentem. quare & p tũc ſine phãtaſmate ĩtelligit:licet igif operatio illa nõ ſit nobis p nũc experta. illud tñ añs a nobis experif:ex quo añte ſequif illud cõſequẽs. Sed cõtra. qm̃ illud añs. ſ. q̃ intelligat abſq; organo:& recipiat oẽs formas materiales:ſupponit q̃ licet nõ recipiaf in organo tanq̃ in ſubiecto:indiget tñ organo tanq̃ obiecto:ut manifeſtũ eſt. Sed ſic indigere organo tãq̃ obiecto:& nõ tãq̃ ſubiecto:ĩfert ipſam eẽ ĩſeparabilẽ.12. nãq; tex. 1. d' aĩa ſiue ĩtellectus ſit phãtaſia:ſiue nõ ſine phãtaſia:nõ cõtingit ipſũ ſeparari. ergo ex illo añcedẽte nõ habetur illud cõſequens:ſed magis oppoſitũ. Preterea ſi aĩa ſeparata nõ indiget phantaſmate:uel igif ſic ſeparata:aliqd intelligit:uel nihil. Si nihil:ergo in natura aliqd ociabit:quod eſt contra principia naturalia. Si uero intelligit. hoc eſt contra Ariſtotelẽ textu. 20. tertii de aĩa. ubi dicit q̃ poſt mortẽ nõ reminiſcimur:qm̃ paſſiuus ĩtellectus eſt corruptus:& ſine hoc nihil intelligit aĩa. Et. 2. de aĩa textu. 15. in mortalibus ĩpoſſibile eſt intellectiuũ ſeparari a ſenſitiuo. Cũ itaq; poſt mortem nõ ſit ſenſus:quomodo igif aĩa poterit ĩtelligere? Huic forte dicif ut Egidius romanus dixit:nõ eſſe intelligendũ intellectũ non reminiſci:large extendẽdo nomen reminiſcẽtiæ:nã improbat Themiſtiũ ſic exponẽtẽ:uerũ p reminiſcentiã accipiendã eſſe uerã reminiſcentiã:quæ eſt pars ſenſitiuæ & organica. Hoc.n. modo uerũ eſt:quod dicit Ariſtoteles:& nõ aliter. ſcilicet extẽdẽdo nomen reminiſcẽtiæ ad ĩtellectionem ẽt p̃teritorũ. Sed iſtud ex duobus ſtare non põt:Primo qm̃ non ſtat aliquo pacto cum littera. Ariſtoteles.n. reddens rationẽ:quaf aĩa poſt mortem nõ reminiſcif. dicit:qm̃ paſſiuus ĩtellectus eſt corruptus:& ſine hoc nihil intelligit aĩa:unde apparet q̃ loquif de intellectu:& nõ de uirtute ſenſitiua. Secũdo qm̃ dubitatio illa nulla eſſet:quis.n. neſcit:q̃ nulla ſenſitiuarũ operationum remanet poſt mortẽ? unde non magis caderet dubitatio de uiſu & comeſtione q̃ de reminiſcentia. Verũ ut Diuus Tho. & ceteri Egidio meliores exponũt:rationabilis fuit illa dubitatio:qm̃ dixit Ariſt. ĩtellectũ poſſibilem eſſe in mortalẽ:ideo uidetur q̃ poſt mortẽ ĩtelligat:& ſic reminiſcaf:qm̃ præteriti cognitio:uniuerſaliter reminiſcentia appellaf. quaf D. Tho. aliter expoſuit:dicẽs Ariſt. nõ abſolute negare:intellectũ poſt mortẽ non reminiſci:ſed non eodẽmõ reminiſci:ut nunc. Quæ expoſitio quãtũ ſit aliena a littera cõſiderantibus relinquo:nam & abſolute dicit nõ reminiſcimur:& ſine aliqua conditione dicit:ſine hoc intelligit nihil aĩa:& quẽadmodum diximus retro. Impoſſibile eſt in mortalibus:intellectiuũ ſeparari a ſenſitiuo. Verũ hic noſter cõtradicens ab utriſq; diſcrepãs:dicit Ariſt. intelligẽdũ eſſe;quantũ ad cognitionem ſingulariũ;

non aũt uniuerſaliũ. Quod non minoré habet ca/
lũniam: q̃ priores expoſitiones. Imprimis qdẽ qm̃
ſtat eadẽ obiectio cũ priore: qñqdẽ abſolute dicat
Ariſt. ſine hoc nihil intelligit aia: & ĩpoſſibile eſſe
intellectiuũ ſeperari a ſenſi ſuo. Amplius qm̃ ſi ſe/
parata aia non cognoſcit ſingularia: qm̃ caret ſen/
ſu: ergo pariter neq̧ uniuerſalia. Nulla. n. rõ põt
aſſignari. Qr̃ ĩtelligẽdo ſingularia ĩdigeat ſenſu:
niſi qm̃ hoc experimẽto cõprehẽdimus: uez & ex
perimento cõprehẽdimus non cognoſci uniuerſa
lia niſi mediãte ſenſu: quare idẽ erit de utroq̧ iudi
ciũ. Neq̧ ꝓficit dicere hoc eſſe ꝓpriũ ſingulariũ:
ſcilicet ꝙ ſenſu cõprehẽdãť: qm̃ hoc ſciri nõ põt:
niſi qm̃ hoc ſic experimur. At ueluti ꝓ ſtatu iſto/
nõ cognoſcimus uniuerſalia: niſi mediãte ſenſu:
ſic dici poterit ꝙ ĩ ſtatu ſeparo: cognoſcimus ſin/
gularia ſine ſenſu. Nã ſicut ſe habet uniuerſale ad
ſenſum: ita ſingulare ad ĩtellectũ. Qr̃ ſi ĩtellectus
ꝓ ſtatu iſto nõ põt cognoſcere uniuerſale niſi me
diãte ſenſu: ergo ĩ ſtatu ſepato / poterit cognoſce/
re ſingulare ſine ſenſu. Sicut. n. uniuerſalitas repu
gnat ſenſui: ita ſingularitas ĩtellectui. Cũ igiť pro
aliquo ſtatu intellectus non cognoſcit uniuerſale:
niſi mediãte ſenſu: quod tñ uniuerſale eidem ſen
ſui repugnat: ergo pariter poterit cognoſcere ſin/
gulare ſine ſenſu: quod tñ ĩtellectui repugnare ui/
deť. Nõ. n. uideť minus ĩpoſſibile ꝙ ĩtellectus in/
digeat ſenſu / in ĩtelligendo uniuerſale: q̃ ꝙ poſſit
ſingulare cognoſceř ſine ſenſu. Amplius nullus / q̃
tũ ſcio / poſuit aiam eſſe ſeparatã: & nõ cognoſcere
ſingularia. Nã ponentes ipſam multiplicatã / & ſe/
paratã: ponũt ut pmietur & puniať. Hoc aũt poni
non põt / niſi cognoſcẽdo ſingularia: nã gaudiũ &
triſtitia / nõ feruntť niſi ĩ ſingularia: uel maxime in
ſingularia cũ. 6. Methaphiſice bonũ & malũ ſunt
in re: quod nõ eſt niſi ſecũdũ eẽ ſingulare. Quare
ſi dolent uel letanť de ſingularibus: neceſſe eſt ſin
gulariũ habere cognitionẽ: cũ uoluntas non fera
tur in ĩcognitũ. Amplius non ne cognoſcunt ſe ip
ſas aiæ ſeparate? nõ ne deũ? nõ ne mundũ? Immo
hec opinio ſibi contradicit. Dicit nãq̧: ꝙ fortaſſis
cũ letheũ biberint: ĩcipiẽt ĩ corpora uelle reuerti.
Quare hec expoſitio ſibi manifeſte cõtradicit: ex
quibus uideť ꝙ reſponſio data ad argumẽtũ nul/
la ſit. Verũ qm̃ ulterius ſubiũgit: ꝙ depẽdere a phã
taſia: non arguit ipſam aiam eſſe inſeparabilẽ: qm̃
& oculus in uidendo dependet a colore: tñ oculus
a colore ſeparať. Quare ridiculũ uideť argumẽtũ
noſtrũ. Imprimis tã doctiſſimi Viri pſpicatiã ad
miror: ꝙ Argumẽtũ tã uilipẽdat: quum Ariſt. ip/
ſum ponat: Dicit. n. ſi intelligere nõ eſt ſine phãta
ſia: nõ contingit aiam ſeparari. Demũ Argumẽtũ
eſt neceſſariũ: & a Themiſtio: & reliquis deductũ.
Separatus nãq̧ ĩtellectus / aut nihil ĩtelligit: aut ali
quid. Si nihil: ocioſum aliqđ natura crearet: quod
defendi nõ põt: eſt. n. compertũ hoc: nihil ĩ natura
torpere: nihil feriari: ſua in ſingulis rebus ingenia
cõtineri: officia quæq̧ / & ſuas geſtiones agnoſceř/
agitareq̧: & quaſi penſe pſoluere. Si uero ĩtelligit
ſeparatus aius: aut igiť ſine phantaſmate: aut cum
phãtaſmate. Si cũ phãtaſmate: ergo eſt cõiunctus
corpori (ſic. n. dicit poſitio) non igiť ſeparatus eſt.
Si uero ſine phantaſmate / eſt oppoſitũ cõceſſi. Qr̃
cõſequẽtia reddiť bona: cũ ex oppoſito cõſequẽtis
inferť oppoſitũ añtis. Quod ãt adducitur de ocu/
lo: uez & acomodatiſſimũ eſt. Vt nã ꝑ oculus: in
uidẽdo indiget corporeo: qm̃ colore: ideo ſine cor
pore eſſe nõ põt: quod. n. in omni ſua operatione
indiget corpore tanq̃ obiecto: ĩdiget corpore / tãq̃
ſubiecto: quoquo mõ: qm̃ ſine eo eſſe non poteſt.
Quare & ſi de facto ſeparať a colore uiſo: nõ tñ a
corpore ĩ quo eſt: unde & humanus aius / de facto
in ſomno ſeparatur a phantaſia: non tñ a ſubiecto
in quo ẽ. Dictũ eſt aũt ſi in omni ſuo opere depen
det a corpore / ut obiecto / ipſum eſſe inſeparabilẽ:
qm̃ intelligentia in mouendo cœlũ: depẽdet a cor
pore: & tñ eſt ſeparata a materia. Hoc autẽ eſt: qm̃
in omni ſuo opere nõ depẽdet a cœlo: ĩ primo. n.
opere: qm̃ in intelligendo nõ dependet a cœlo: qr̃
de facto eſt ſeparabilis. Huius uero oppoſitũ con/
tingit in humano aio: in omni. n. ſuo opere depen
det a corpore: quare non ſimpliciter in materialis
eſt. &c.

S ECVNDVM Argumẽtũ noſtrum: inqt
cõtradictor eſt hoc. Cũ plures opationes
indicent aiam eſſe mortalẽ: q̃ imortalem:
utpote opationes oẽs potẽtiæ uegetatiuæ: & ſen/
ſitiuæ: quæ nõ ſunt ſine organo corporeo: at ſolũ
intellectiue imortalitatem: cũ ſine organo exerce/
ant: & a ſuperabundãti debet fieri denominatio:
cur potius dicenda eſt anima in mortalis: q̃ mor/
talis? Ad hoc dicit tria. Primũ / ꝙ & ſi plura ꝓmo
ueant ad mortalitatẽ: q̃ ad imortalitatẽ: quia tñ ꝓ
mouẽtia ab ĩmortalitatẽ: ſunt efficatiora his / quæ
ꝓmouent ad mortalitatẽ: ideo ab ĩmortalitate ac
cipienda eſt denominatio, tãq̃ ab efficatiori. Dicit
ſecũdo / ꝙ ueluti uires uegetatiue nunq̃ aſcendere
poſſunt: ad opera ſenſitiuæ: ſed ecõuerſo: qđ nãq̧
ſentit uegetat: & nõ cõuertiť: ſic imateriale ad ma
teriale: & non materiale ad imateriale: quo fit / ſi
humanus aius ẽ mortalis: nũq̃ ad opa imortalis
aſcẽdit. Dicit & tertio naturã ſpecificæ eſſentiæ/
dignoſci ab ultima differẽtia / & ꝓpria: nõ aũt a co
muni / & priori: quapp cũ ultima dr̃ia ſit ĩtellige/
re: q̃ imortalitatẽ arguit: reliquæ ſint coẽs / & prio
res: quæ mortalitatẽ oſtẽdũt: ideo abſolute ĩmor/
talis: & nõ mortalis pronunciãda eſt: ſed ſolũ ſecũ
dũ qd / quod aduerſať noſtræ ſentẽtiæ. Nos aũt di
cimus / ꝙ ſermo iſte eſt oio ĩpoſſibilis. Si nãq̧ ra/
tione ultimæ dr̃iæ: hõ eſt immortalis: & rõne pri
maz differẽtiaz / eſt mortalis: ſimul hõ erit mor
talis / & imortalis: ueluti ueræ & ꝓpriæ eſt rõna
lis / & ſenſitiuus. Et. n. differentiæ ueræ & abſolu/
tæ: de his dicũť / quoz ſũt dr̃iæ: qđ cũ fieri neq̃at/
ut uere & ꝓpriæ oppoſita de eodẽ enuncienť: ne/
ceſſe eſt: aut hominẽ / nõ eſſe uere imortalẽ: aut ip
ſum nõ eſſe uere mortalẽ: uez unũ ipſoz eẽ ſim/
pliciter: alterz uero ſecũdũ quid: ſic &. n. oppoſiti/
onẽ nõ hñt. Vidẽdũ eſt igiť: quod iſtoz uere ha/
beat: & quod nõ ueræ hõ habeat: hoc aũt manife/

ſte ſcit:ex ueritate oparionū ueluti octauo meth.
& metheorou quarto/habet:cū itaq; ab intellecti
uo pſumat de imortalitate:a ſēſitiuo uero & uege
tatiuo/de mortalitate:uidendū eſt qualia ſint iſta.
Quodq; hou uerā tenebit denominationē:ſecun
dūq; illud pnūciādū eſt. Verū manifeſtū eſt in ho
mine ueraciter eē opera uegetatiuæ.ut naſci mori
nutriri:&c. quæ ad uegetatiuā ſpectant:non mi
nuſq; imo uerius/eſſe in hoie q̄ in cœteris uege
tabilibus:ſimiliterq; eē de operibus ſenſitiuæ:ut
diſcurrēti apparet. At opa intellectiuæ/rariſſima/
debiliſſima obſcuriſſima in hoie conſpiciuntur:
ut uix ūbra intellectus dici poſſit:qm̄ quidē/hō in
pauciſſimo tpre intelligat:& obſcuriſſime:neq;
hoc ſine corpore:qm̄ ſemper cū phātaſmate. Quis
igitur niſi ptinax/& ſuæ opiniōis ſectator/dice
re pōt intellectiuū ueræ eſſe in hoie:ſenſitiuūm &
uegetatiuū nō uere? Quare ſi neq; proprie ī hoie:
neq; ueræ ē itellectiuū:ſed tm̄ ſcdm qd:at uegeta
tiuū & ſēſitiuū ueriſſime & propriiſſime:oēq; p
mouēs ad inmortalitatē ſit intellectiui:ad mor
talitatem uero uegetatiuū & ſenſitiuū:proculdu
bio homo/ſiue eius aīus abſolute pronūtiādus eſt
mortalis:& ſecūdū quid inmortalis:niſi operatiō
nes fallaces eē dicere uelimus:qm̄ quidē idem fieri
nequit:mortale & inmortale ſimul ueræ eſſe. Ex
quibus apertū eſt primū a cōtradictore aſſumptū
ueritatē nō cōtinere.ſ.efficatius in hoie eē id quod
promouet ad inmortalitatē:q̄ id qđ pmouet ad
mortalitatē. Et.n.ut uiſum eſt/nihil in hoie pro
mouet ad īmortalitatē/niſi intellectiuū:quod nō
uere intellectiuū eſt:ſed rationale. Vegetatiuū aūt
& ſenſitiuū mortalitatē demōſtrant:quæ ueræ &
propriæ talia ſunt:ueluti ex opibus mōſtrat. Qr
neceſſe eſt aium humanū uere eē mortalem:& ſe
cundū quid inmortalē. Sicut uer eſt ſenſitiuus/&
uegetatiuus:& ſecūdū quid/& impropriæ/intel
lectiuus. Quod aūt adducit ſecūdo:de cōparatiōe
facta inter uegetatiuū & ſenſitiuū:ex una parte:&
mortale & inmortale ex alia:manifeſtū eſt nō ua
lere. Et.n.uegetatiuū & ſenſitiuū ſimul coeūt:quū
adinuicē oppoſitionē nō habeāt:ueꝝ unū ē alteri
us pfectio. Quo fit ut una forma ſimul ſit uegeta
tiua & ſenſitiua. At mortale & imortale ſimul coi
re neq;eūt:cū opponātur. Qr licet idē uere & pro
priē ſimul ſit uegetatiuū & ſenſitiuum:nihil tn̄ ſi
mul eē pōt mortale & inmortale:niſi unū ſecūdū
quid:& alterū ſimpliciter. Qr licet humanus aīus
uere ſit rationalis & ſenſitiuus:nō tn̄ uere morta
lis & īmortalis ſimul eē pōt. Qr & ſi ipſe uere ope
ra rationalis & ſenſitiui ſimul hr̄e poſſit:non tn̄
opera ppria mortalis & inmortalis. Et ſicuti mor
tale nō pōt hr̄e propria opera inmortalis:ſic neq;
inmortale mortalis. Et.n.dii ipſi neq; poſſunt cō
medere neq; uidere:licet de corpibus concedendum
ſit:tā & ſi huiuſmodi analogice/uel equiuoce di
cta ſint.oppoſita.n.ſunt mortale & imortale:neq;
alteꝝ perficit alteꝝ:quod dici nō poteſt de uegeta
tiuo & ſenſitiuo:& de quibuſcūq; ſe hn̄tibus ſecū
dū perficiēs & perfectū. Vnde patet & de tertio ab

eo adducto. Dicit.n.q; q̄tūcūq; ī humano aīo ſint
inmortale & mortale:ab inmortali tamen ſumen
da eſt denominatio:qm̄ eſt ultimus gradus. Mani
feſtū aūt ē q; humanus aīus ſimul/& ueræ nō po
teſt eē mortalis & inmortalis:qr uel nō uere eſt in
mortalis:uel nō uere mortalis. At p poſtēſa mon
ſtratū eſt ipm uere eē mortalē:cū uere opera mor
talitatis in eo pateāt:& nō uere eē inmortalē:qm̄
nō uere habet opera inmortalitatis. Quare a uera
inmortalitate nō debet fieri nūcupatio:ueꝝ tamē
ab inmortalitate ſecūdum quid debet nūcupari:
qm̄ illa eſt ultimus gradus. Vnde dicitur rationa
lis:& nō intellectus:quod rationale ſecūdum oēs
antiquos:dictum ē eſſe mortale. Dicitur nāq; ho
mo eſt animal rationale mortale. Qr ultima diffe
rentia ſimpliciter nō dicit inmortalitatē:ſed tan
tum ſecundū quid. Quod ſi dicatur rationale in
homine quantūcūq; deficiat a uero intellectiuo:ē
tn̄ uere inmortale. Tūc dicere oportet q; uegetati
uū & ſenſitiuū in hoīe non ſint mortalia:ſi idē eſt
intellectiuū & ſenſitiuū in eo:ut concedit poſitio:
quo dato aīa uegetatiua & ſenſitiua nō ſunt mor
ticinæ:& tamen utitur corpore/& organo cadu
co quod tamen reclamāt oēs philoſophi:maxime
achademici & peripatetici. Neq; ex opibus eſſen
tialibus cognoſcentur reꝝ eſſentiæ:quādoquidē
in homine uere & manifeſte ſūt opera mortaliū:
& ſecūdū quid/imperfectæ/& obſcuriſſimæ/opa
inmaterialiū.& tamen conumerat inter inmate
rialia:& nō inter materialia:ſecundū opinionem:
& ſic oīs modus philoſophandi deſtruitur. Quod
ſi ulterius dicatur:idem argumētum contra nos
pcedere:quoniā humanus animus:qua intelligit:
non indiget organo:ſed quod huiuſmodi eſt:in
materiale eſt:ſicut quod idiget organo materiale:
eſt ergo ſimpliciter pronūciandus inmaterialis.
Hoc equidem euidentiā haberet:ſi nullo modo
humanus animus/in intelligendo indigeret or
gano:At dictū ē in primo de anima:Si intelligere
ſit phantaſia:aut non ſine phantaſia:non cōtingit
animū ſepari. Et ſcdo eiuſdē dicitur. Impoſſibile
eſt intellectiuū ſepari a ſenſitiuo ī mortalibus. Et
tertio eiuſdem:Sine hoc nihil itelligit aīa. Quare
ex his arguendū eſt animā ſimpliciter eſſe inſepa
bilem:licet ſecundū quid ſepabilem:quoniā non
indiget organo/ut ſubiecto. At necubi reperit ab
Ariſtotele q; ſenſitiuū & uegetatiuū ſint inmor
talia. Quare deliramentū uidet affirmare animū
humanū ſimpliciter eſſe inmortalem.

ERTIVM Argumentum noſtrum/inq̄
t cōtradictor/ē hoc. Iſta ſcientia eſt potius
ignorātia negationis/uel diſpoſitionis/q̄
ſcientia apellāda:cur ergo tam magnificare debe
mus intellectum noſtrum:ut faciamus ipſum eē
inmortalem. Ad quod cōtradictor reſpondens di
cit duo. Primū q; quis noſtra intellectio/compa
ta intellectiōi itelligētiaꝝ/ſit ualde debilis:eſt tn̄
talis naturæ/q; ad imortalitatē inducit. Dicit.n.q;
ex ſigno accipi poteſt:intellectū noſtrū capaciorē
pfectioris intelligētiæ eē:q̄ p hoc ſtatu habeat:qm̄

huc ſtatũ paruiſacit &c. impfectioné cognoſcens. Nos uero dicimus qđ primũ hoꝝ dictũ / falſũ eẽ: ex his quæ dicta ſunt: aptũ eſt. Nr̃a nanqꝫ itellectio nõ ad tantũ aſcendit: ut ad uerã imortalitatẽ inducat: ſed tãtum ad ſimilitudinariã. q̃ etiã fragile ſit quod ſecundo adducitur pſpicuũ eſt uidere. Intelligentiæ nanqꝫ / ſuã intellectionẽ nullã eẽ / ad eã quæ dei perpendũt: non tñ ex hoc ſequiť / eas eſſe capaces talis / qualis dei. Quod ſi diciť eas quales ſunt ſue intellectiones magnifacere: nos quoqꝫ non minus nr̃as ꝓportionabiliter magnifacere dicimus.

QVARTVM argumẽtũ dixit cõtradictor: eſt hoc. Anima poſt mortẽ cum habeat inclinationẽ naturalẽ ad corpus / cuius fuit forma: uel reuniet / uel nõ. Si reuniet icidemus in fabulas Pythagoreas: de quibus dicitur in primo de anima. Si uero nõ reunietur: tunc aptitudo illa erit fruſtra. Ad qđ dicit cõtradictor: ꝙ naturali ratione ſciri nõ põt determinate: an reuniet uel nõ: quelibet tñ pars ꝓbabiliter ſubſtineri põt. Diciť ſecũdo / ꝙ cõceſſo ꝙ reuniet nõ ſequitur tñ reſurrectionẽ eẽ: quã xp̃iani ponũt: tũ qm̃ eidẽ corpori non reunietur: tum qm̃ naturaliter hoc fieret p agens naturale: ut pote per hominẽ & ſolem: nullũ aũt hoꝝ ponitur ſecũdũ fidem. Nam & eidem corpori ſecũdũ numeꝝ reunietur: iuxta illud Iob. & in carne mea uidebo creatorẽ meũ: quẽ uiſurus ſum ipſe / & nõ alius: &c. Hæc etiã reſurrectio ſecũdum chriſtianos / nõ fiet per naturã: ſed per Ieſum redẽptorem: eritqꝫ uniuerſalis: ut ſcribit Apoſtolus primo ad corinthios. Quare neqꝫ neceſſarius ad fabulas pythagoreas erit recurſus: qñquidem pythagoras poſuit omnes animas eſſe eiuſdẽ ſpeciei. ſ. beſtiaꝝ & hominũ: quũ ponat illã tranſmigrationẽ. Dicit & tertio nõ minus alterã partẽ defendi poſſe: uidelicet ꝙ non fiet reunitio illa: neqꝫ ſequiť / ꝙ aptitudo illa ad corpus / erit fruſtra: qm̃ anima iam adepta eſt finem: ꝓp quem habuit aptitudinẽ illã: ut corpori uniretur: & . n. illud diciť eſſe fruſtra: quod ad finem intentũ non peruenit. Nos autẽ dicimus hæc oĩa eſſe uana: & principiis naturæ oppugnantia: & aperte ipſimet poſitioni repugnãtia. Quod . n. primo dicitur: intellectũ naturaliter eſſe dubiũ an corpori uniatur poſt ſeparationem: poſitioni cõtradicit. Volens nanqꝫ cõtradictor / ſuam primã cõcluſionẽ probare: uidelicet ꝙ anima ſit imortalis: ratione uoluntatis / dicit: ꝙ uoluntas naturaliter appetit quietem / & ſui firmitatem: aliter . n. eſſet deterior ianimatis: quæ i ſuis finibus quieſcunt: uerum ſi perplexa eſt de ſtatu ſuo poſt mortem: quam itaqꝫ quietem habitura eſt? Quo ſuos tẽdet greſſus? quorſum ſuas dirriget operatiões? Quod ſi forte dicatur: animã eſſe certã: ꝙ tandem optimo fruetur: & ſempiterna requie. Hoc quidẽ cum poſitione ſtare nõ poteſt: nã cum unita corpori: nõ poſſit eſſe talis diſpoſitiõis ſecundum naturam: ut etiam fides confitetur: id nanqꝫ ſolum per gratiã fieri poſſe: omnes chriſtiani theologi poſuere: ergo certa eſt ꝙ nõ fiet talis reunitio: non igitur eſt dubia de altera parte diſiunctiuæ: ut aſſerit poſitio: quis etiam & de altera parte conſimile ſequatur. Si nanqꝫ certa eſt ꝙ optimo fruetur: cum optimo frui nõ poſſit / niſi ſuo corpori ſit unita: pars nanqꝫ eſſentialis a ſuo toto ſeparata imperfecta eſt: ergo ſcit ꝙ reunietur: & poſtea nũꝗ priuabitur: aliter . n. optimo nõ fruetur. Quare ſequitur utraqꝫ pars cõtradictionis: ueluti apertum eſt. Nõ minorem etiam calũniam ſubſtinet / eius ſecundũ dictum. Si nanqꝫ teneamus illam reunitionem: cum in ſtatu iſto ſecundum naturam nullus poſſit eſſe fœlix: ut cõcedit poſitio: & experimentum docet. Vbi igitur queſo erit illa requies? fietqꝫ infinities de bona mala: & de mala bona. Anima igitur bona hoc de ſe cognoſcens: quantis igitur p̃metur anguſtiis: cum ſciat ſe redituram tãdem in malam? Rexqꝫ dubitabit fieri ſeruus / diues mendicus: glorioſus infamis / & ſic diſcurrẽdo. O ridiculoſa & infœlix fœlicitas. O uoluptas ĩgeſtiſſima. O timor & ſpes æterna. Veꝝ ulterius proſequamur. Dicit ꝙ nõ reſurget idem homo: quoniam idem corpus non informabit. At quum mũdus ſit infinitus: ut poſitio concedit: nam dicit Ariſtotelem ſequi: & curſum naturæ. Quo modo igitur ſcit ꝙ eãdem materiam nõ informabit? imo poſſent fieri caſus in quibus manifeſte illud ſequeretur: ueluti ſi homines tantum carnibus humanis ueſcerẽtur. Et etiam naturale eſt poſita mũdi æternitate / ut unaqueqꝫ portio materiæ: ĩfinities recipiat formam humanam: aſininam: & ſic ſecũdum uiciſſitudinem. Quare cum hoc ꝙ illud eſt uoluntarie dictum: eſt & contra rationem. Amplius quoniam nihil refert idẽptitas materie ad idẽptitatem indiuidui: ſecũdum poſitionem ſuã: dicit nanqꝫ ꝙ totum eſſe eſt animæ: idẽqꝫ habet eẽ anima cõiuncta & ſeparata / & ipſum compoſitũ. Quare eadem exiſtente anima: idem eſt eẽ / & idẽ indiuiduum. Quare aperte poſitio ſibi repugnat. Eſt & illud contra tenẽtes reſurrectiõem: quoniã dicunt non eſſe neceſſariũ eandem materiam eſſe in reſurrectiõe: imo quod plus eſt ſecundum plurimos: ſtat ꝙ idem ſit animarum: & nihil eſſe de prima materia: quod igitur ibi adducitur ꝓ cauſa minime cauſa eſt. Dicit ulterius ꝙ ſi eſt reſurrectio: non tamen ea quam chriſtiani ponunt: tum quia non eſt uniuerſalis: tum quia non eſt facta p chriſtum / ſed per agens naturale. Quaſi igitur Ariſtoteles cœteriqꝫ philoſophi: non abſolute reſurrectionem negauerint & impugnauerint: ſed eam dũtaxat quam Chriſtus ponit: quum tamen tunc neqꝫ erat Chriſtus: neqꝫ aliquod cõſimile in mentem eorum peruenerit. Sed age ulterius / quo modo animæ tranſmigrãt ĩ corpora? Quid . n. eſt iſta trãſmigratio? An igitur augmẽtum? An alteratio? An motus localis? Verum nullum iſtorũ ueriſimiliter poni poteſt: niſi motus localis. At indiuiſibile localiter per ſe moueri nõ poſſe: firmiſſima ratione monſtratum eſt. Qualecũqꝫ ſit illud indiuiſibile: ſiue ut punctus in linea ſit: ſiue ut ſo

aus/ inuiſibilis dicitur. Et q̄q̄ hoc argumentum in
noſtro tractatu de ĩmortalitate animæ adduxeri
mus minime: tamen neſcio qua cauſa per opponē
tem: huic ſatisfactum eſt. Amplius dicit non eſſe
neceſſarium: ad pythagoreas fabulas: poſita iſta
reunitione/ habere recurſum. Verum ni fallor ad
non minus abſurdas deuenire neceſſe eſt. Cum
nãq; idem ſemper ſit animarum numerus/ ſecun
dum poſitionem: & hoc aperte affirmat Plato ĩ. x.
de re publica: & eius imitator Origenes. Si igitur
eſt tranſmigratio animarum: uel igitur ſtatim cũ
anima ſeparatur: ingreditur alterum corpus: uel
requiritur determinatum tempus? Si primũ igiẽ
neceſſe eſt/ ꝙ quot naſcũtur homines: tot & mo/
riantur: & ecõuerſo: quo conceſſo non erit in ho/
minis arbitrio coire cum fœmina: neq; aliquem
interficere: & ueluti in caſtris aliquãdo contingit:
ꝙ fere infinita multitudo moriatur: erit igitur ne
ceſſarium ꝙ tanta multitudo ex uteribus exeat:
itaq; niſi illi fuiſſent interfecti: iſti nõ fuiſſent na
ti: & ecõtra. Cũq; contingat ꝙ in eodem inſtanti:
mille moriantur: qui etiam naſcuntur ſecundum
poſitionem. Vnde igitur eſt/ ꝙ una anima ſic igre
ditur hoc corpus/ ꝙ nõ illud? Certe non eſt finge
re cauſam niſi caſualem. Amplius an mas ſemper
remãeat mas: & fœmina fœmina? Quod ſi deẽ:
Si igitur mille homines moriẽtur ex illis non na/
ſcentur fœminæ aliquæ. Si uero ſine diſcrimine
ex mare fiat fœmina & ecõtra. O iocularem rem/
& riſu plenam/ plurimoq; chachinno audiẽdam.
Vlterius a poſitione ſciſcitari oportet. An qui in
Aſia moriũtur: in eadẽ Aſia renaſci oporteat? uel
indifferenter: ubiq; locorum? Primum manifeſte
falſum eſt: quoniã contingit aliquãdo unam totã
prouintiam hominibus priuari. Quare in eadem
non renaſcẽtur. Si uero detur ſecundum: nulla ra
tionabilis cauſa aſignari poterit: quare magis in
uno loco q̄ in altero renaſcẽtur. Quare temere re
naſcentur. Neq; etiam recta dici uidetur/ quod p
poſitionẽ adducitur: uidelicet talem reunitionẽ
fieri ab homine/ & a ſole: quãdo quidẽ ſecũdum
poſitionem: animus humanus uere eſt imateria/
lis: & tale corporibus cœleſtibus ſubici nõ poteſt.
Quare perridiculoſum uidetur ponere: animam
ſtatim egreſſam e corpore/ aliud igredi. Si autem
ponatur aliquod tempus ſtatum: ueluti in letheo
purgari: ut uidetur innuere opinio: & fabulaẽ Ver
gilius noſter in ſexto æneidos: igitur reunitio il/
la fieri non poterit donec tẽpus illud perficiatur.
Et ſic eſto ꝙ eſſent tantum decẽ animæ in illo le/
theo (ſunt. n. finitæ ſecundum poſitionem) Dicit
nãq; ſi fiat reunitio nõ ſunt infinitæ: igitur conce/
ptus fieri non poterunt/ niſi ſecundum proportio
nem temporis ſtatuti illis animabus. Quare de
neceſſitate fient cõcubitus pro. x. animabus: & de
neceſſitate in determinatis temporibus: & fortaſ
ſis locis: & ſic incidemus in fatum: quapropter ti
mentes icidere in latrones: in ſicarios incidemus.
Ponunt. n. imortalitatem animæ: ne lex chriſti de
ſtruatur: ſed fatum/ eius legem magis deſtruit: cũ
& naturam deſtruat. Quarẽ ex his perſpicuum eſt
uidere: ꝙ non ſolum illa tranſmigratio repugnat
philoſophiæ: quam dicit hæc poſitio nõ repugna
re: uerum & ridiculoſa eſt. Nõ minus alterã partẽ
eidem philoſophiæ repugnare oſtenditur: quaq̄
& multa alia de hoc iſra dicẽtur. Dicit. n. ꝙ poſt q̄
coniuncta eſt & ſeparatur: nõ amplius materiam/
& reuniri deſiderabit: quandoquidem functa eſt
ſuo munere: quo fit ut neq; amplius in materiam
ordinetur. Verum quantum hoc repugnet philo
ſopho: nõ difficile eſt uidere. Primo quidem quo/
niam ſecũdum poſitionem & ueritatem: pars cõ
poſiti eſſentialis/ affirmatur eſſe anima ipſa. Qua
re a toto ſeparata: ei toti appetit uniri naturaliter:
cum unũquodq; naturaliter appetat ſui perfectio
nem: & totum ſit perfectio partis. 2. phiſicorum:
ergo anima ſeparata naturaliter materiæ appetit
uniri. Preterea aut eſſentiale eſt animæ uniri ma
teriæ: aut accidentale: non ſecũdum: quoniam ſic
ex ea & corpore fieret unum per accidens: ueluti
ex duobus entibus accidentaliter cõiunctis. Item
non diffiniretẽ eſſentialiter per eſſe actum corpo
ris: igitur eſſentiale animæ eſt uniri corpori. At
eſſentialia aut actu/ aut aptitudine inſeparabilia
ſunt: igitur ſi anima non actu informat: eſt admi
nus informatiua: ergo uel aliquando informabit:
uel æterno priuabitur ſuo fine: cuius oppoſitum
ponit poſitio. Præterea & ẽ argumentũ adductũ
in noſtro tractatu: ad quod non reſpondit: anima
quaſi per inſtans informat corpus: in æternum
autem non informabit: ergo longe naturalius eſt
ſibi ſeparari a ſubiecto: q̄ eſſe in ſubiecto: ſtareq; p
ſe: q̄ cum altero: igitur magis conuenit ſibi defini
ri ſine corpore q̄ cum corpore: ueluti naturalius
eſt igni definiri per locum ſurſũm/ q̄ deorſum. In
ſuper mirum eſt de hac poſitione: quoniam co/
muniter omnes Theologi dicunt: animam appe
tere naturaliter unionẽ: per ſolam tamen gratiam
poteſt uniri: dicuntq; non ſecus animam ſtare ſi
ne corpore: q̄ accidentia ſine ſubiecto. Quare cum
accidens ſtare ſine ſubiecto ſit ex miraculo: ergo
& animam eſſe ſine corpore erit miraculum: &
contra naturam. Amplius ad principale: cõiũctio
animæ ad corpus: eſt ſecundum naturam: ergo ſe
paratio contra naturam: ſed nullum contra natu
ram perpetuum: ergo naturaliter unietur. Inſtat
& diuus Auguſtinus in libro de ciuitate dei: cõtra
Porphirium/ hoc affirmãtem: multis ſubtilibus
rationibus: eaq; præcipue: ꝙ nõ uere eſſet beata:
cum ſua perfectione careret: quandoquidem pars
ſine toto imperfecta ẽ: ueluti a principio diximus.
Quare diuus Thomas in pleriſq; locis/ cõtra Pla
tonicos aliquos/ his fere rationibus utitur. Cum
itaq; illa diſiũctiua ſequatur ad animorum imor
talitatem. ſ. ꝙ uel reunietur: uel non reunietur: cu
ius utraq; pars: naturali philoſophiæ repugnat:
igitur & antecedens illud. ſ. animos eſſe immorta
les: naturali philoſophiæ repugnabit. q̃: &c.

q VINTVM argumentū quod idē contradictor nobis attribuit: dicit eē hoc. Si ſeparatus aius corpori nō reunieť: non ſeruabiť ordo naturæ: qm̄ finiti ad infinitum nō eſt ordo. Ad quod dictus cōtradictor ſic reſpondet. Primo ꝙ poſita illa reunitione: nō ſequiť ꝙ non ſit ordo. Dicit ſecūdo/ ꝙ nō data etiam illa reunitiōe illud nō ſequi: nā rationabile eſt ut motū finitū ſequať quies infinita: ut ponit poſitio: qm̄ poſt labores huius mundi debemus perpetuo quieſcere: ut cōtingit beatis. Verum irrationabile eſt ut nos ponimus: qm̄ motū infinitū/ uel fere īfinitū/ quies nulla/ uel momētanea ſequiť. Nos autē dicimus ꝙ de uanitate primi dicti. ſ. de illa reunitione ſatis abunde dictū eſt. in. 4. argumenti diſputatione. uer͛ de ſecūdo quid dicere oportet: qn̄quidē & Ariſt. & expimēro manifeſte cōtradicit. Neq͂. n. motus īfinitus ad finitā qetē terminari pōt: cœlū. n. ipm̄ quod ſemp motū eē apud naturales ponitur: nūq̄ quieuit/ uel quieſcet/ quiete finita/ uel īfinita: neq͂ aliquod finite motū īfinitæ qeſcet: niſi corruptionem: quietē improprie nūcupare uelimus: quod nos cōcedimus. Idem quoq͂ de qete reſpectu motus aſſerēdū eſt: uidelicet/ ꝙ neq͂ quies infinita finito motu: neq͂ finita/ infinito claudi pōt. Ariſto. nāq͂ tex. 15. octaui phiſicoꝝ/ loquens de motis & qeſcentibus: ponit/ ꝙ res aut tm̄ mouētur: aut tm̄ qeſcunt: aut ſi moueť & qeſcunt: utroq͂ modo finite: & ſi infinito tp̄re: infinitis tamen uiciſſitudinibus. Iſtud quoq͂ diſcurrenti apparet nō minus ī æternis q̄ in generalibus & corruptibilibus. De his nāq͂ manifeſtū eſt cū corrūpunť: tūc & . n. manifeſtū eſt neq͂ æterno moueri: neq͂ æterno quieſcere: æterna aūt/ quæ mouētur: in æternū mouētur: quæq͂ quieſcūt in æternū quieſcūt. Quæ uero ſecundū aliā diſpoſitionē reciprocātur īfinities reciprocanť: ueluti eſt apertū uidere ī eclipſibus/ coniūctionibus/ oppoſitionibus/ & hmōi. Præterea hoc cōceſſo quod ponit poſitio: quid obſtaret infinitā quietē/ ſubſequi motū: uel īfinitū motū/ ſubſeq quietē: quod tm̄ Ariſto. 8. phiſi. negat. Anaxagorāq͂ & Platonem arguit: magiſq͂ comendat Empedoclē & Democritū: qui alternas generationes mundoꝝ ponūt. Dicit. n. eos magis ordinem naturæ ſeruaſſe. Quod aūt poſitio hæc adiūgit/ uidelicet: ſecundū nos motū infinitū/ aut fere infinitū/ quietē momētaneā ſequi/ apertū eſt hoc eſſe falſum: qn̄quidē ſatis breuē & pdeterminatum ponimus/ qui quidē motus & ſi ſit ueľ motus: ſi ſecūdū rōem tm̄ ſit factus: uera noſtra quies appellari pōt/ & pfectio: qn̄quidē fœlicitas ethicoꝝ primo/ ī opere cōſiſtat: ſicut multa motu pficiūtur/ ueluti flāma/ flabra/ & flumina/ ſicut in erratis de animā dicit Ariſto. &c.

ſ EXTVM argumentū noſtrum: ſecundū cōtradictorē eſt hoc. Aīa ſeparata/ uel ociabitur/ uel itelliget: nō ē dicēdū ociaturā: nulla. n. eſt forma a qua nō ſit actio aliqua. Si uero intelliget: aut a phātaſmate/ aut ſine phantaſmate: cū phātaſmate dici non pōt; qm̄ ſeparata eſt a corpore: ſi ſine phātaſmate hoc quidē dici non pōt: qm̄ diuerſus modus operādi indicat diuerſitatē ī eēntia/ & ī ſpetie. Quare aīa cōiuncta & ſepara nō erit eiuſdē ſpēi: quod eſt impoſſibile. Ad quod cōtradictor ſic reſpōdet. Licet aīa oppoſitos modos operādi: ſecundū eādē diſpoſitionē naturaliter habere nō poſſit: tm̄ ſecūdū diſpoſitiōes diuerſas/ oppoſitos modos hr̄e pōt: homo. n. naturaliter uigilat & dormit: moueť & qeſcit: exiſtenſq͂ in utero unū habet expirādi & cibādi modū: extra uteꝝ uero alterū habet. Hocq͂ eſt exemplū diui Thomæ: ad hoc propoſitū. Nos uero dicimus/ hāc reſpōſionem procedere ſecūdū corticē: & nō medullā. Pro quo ſciēdū eſt/ ſi ſunt duo extreme cōtraria/ hn̄tia & proprietates contrarias: inter quæ extrema ſint aliquod mediū: uel media: īpoſſibile eſt illud medium/ uel illa media/ hr̄e aliquam illaꝝ proprietatū ſincere: ſicut illæ ſunt in extremis: exēpli grā in coloribus ſunt albū & nigrū: alboq͂ attribuiť pfecte diſgregare uiſum: nigro uero congregare uiſum: qm̄ ſunt extreme contraria: modo nullū medioꝝ pōt ita ſincere/ hr̄e de illis proprietatibus: ſed tm̄ mixtæ: ut notū ē. Ratione ēt illud apparet: qm̄ ex proprietate cognoſciť natura rei: qr̄ ſi medius color perfecte congregaret/ uel diſgregaret: iā nō eēt medius color: ſed extremus. Hoc ſtāte dicimus/ ꝙ in genere cognoſcētiū duo reperiūtur extrema: & unū mediū: hoꝝ aūt extremoꝝ unū eſt intelligentia/ quæ in ītelligēdo & cognoſcēdo: neq͂ indiget corpoꝛ ut ſubiecto: neq͂ ut obiecto: ueluti notum eſt: alteꝝ uero extremū eſt aīa beſtialis: cuius proprium eſt: idigere corpoꝛ ut ſubiecto: & ut obiecto. Mediū aūt ē hō q rationalis exiſtit. Quare de his duabus proprietatibus: medio modo debet participare: ueꝝ nullū pōt inter illas extremas cōtrarietates aſſignari mediū: niſi nō idigere ut ſubiecto: & indigere ut obiecto. Qr̄ hoc erit propriū animi humani. Si igitur trāſiret ut nullo modo corpore indigeret: trāſiret in naturā nobilioris extremi: & ſic amplius nō eſſet mediū: neq͂ eēt naturæ rationalis: ratiocinari. n. ē per diſcurſum: & cum tp̄re: quod quidē fieri nequit niſi a corpore depēderet: & . n. ratiocinari pſuppōit motū: cū tp̄s pſuppōat: motus aūt nō ē abſq͂ corpore. Firmiſſima igitur ē noſtra ratio: neq͂ obiectio adducta pcedit. Nāq͂ quæ aducebātur: ſunt accidentia coīa: quoꝝ nullū de per ſe eſt proprie propriū/ alicuius naturæ: ſermo aūt eſt de propriis. Qr̄ ſophiſtica eſt reſpōſio. Quod ſi forte dicať mediū inter illa extrema aſſignatā eſt: qn̄q͂ indigere corpore: & qn̄q͂ non indigere corpore: qm̄ extrema ſūt nūq̄ indigere corpore: & ſemp idigeť corpoꝛ: ſic ꝙ itelligētiæ ī cognoſcēdo nūq̄ idigēt corpore: beſtie uero ſemp idigēt corpoꝛ: rōnabilia uero qn̄q͂ idigēt corpoꝛ: & qn̄q͂ nō indigēt: cū duos ſtatus habeāt: extremis nō hn̄tibus niſi unū ſtatū. Profecto neq͂ hoc uideť ſatiſfacere: qm̄ ſi itelligētia nūq̄ idiget corpore ut ſubiecto: & ut obiecto. Beſtialis uero aīa ſemp ut ſubiecto & ut obiecto idiget. Rōnalis exiſtēs media: ſi qn̄q͂ nō idiget ut ſubiecto: & ut obiecto: ſcdm̄ qđ

de itelligētia participat:qñqꝫ īdigebit ut ſubiecto:
& ut obiecto:ſecundū quod de beſtiali participat.
Hoc aūt falſum eſt:ſic.n.ītelligere eſſet phantaſia:
quod rōni:& Ariſt.aduerſaſ. Amplius ſi qñqꝫ nul
lo mō indigeret corpore:rationalis/& diſcurſiua/
nō eſſet:qr ip/amet nō eēt. Vñ reddiſ rñſio uana.

ſ

EPTIMVM Argumentū noſtrū:ſecundū
cōtradictorē:eſt hoc. Poſt ſeparationē aiæ
a corpore:ſi amplius aia non reuniaſ cor/
pori:potētiæ uegetatiuæ & ſenſitiuæ:quæ radica
liter ſunt ī aia:ſunt fruſtra:operari enim nūq̄ pote
rūt:cū careāt organo corporeo. Ad quod cōtradic
tor rñdens:dicit duo. Primo/ꝙ tenēdo illā reuni/
onē argumentū nō ꝓcedit. Secundo nō illā tenen
do:uegetatiuā/& ſenſitiuā nō eē fruſtra. Et.n.fun
ctæ ſunt officio:nā ſolū ordinabanſ ad unionē &
non amplius:& iā ea ceſſat. Veluti ēt eſt uidere de
augmentatiua:quæ ordinaſ uſqꝫ ad cremētū:quo
pfecto:nō amplius operaſ:& tñ non dicimus aug
mētatiuā eſſe fruſtra. Nos uero dicimus:ꝙ prima
rñſio ſuperius ē abūde ipugnata. Secūda ēt ſtare
nō pōt:qm̄ licet aliquod ꝑ tps finitū fruſtrari po
ſſit/a ſuo ope naturaliter:nō tñ ꝑ tps īfinitū:cuius
rō eſt:qm̄ potētia reſpicit actū/& opationē pſe:qr
naturaliu. ē ſibi operari:q̄ quieſcere:unde tps ope
ris eſt ſibi naturale:& quietis accidentale. Veꝝ ut
dicit Comētator.15.comēto.8.phiſicoꝝ. Impoſſi
bile eſt tps accidētale eſſe infinitū:& naturale fini/
tū. Idēqꝫ dicūt Ariſt. & Comēt.2.cœli/textu/& co
mēto.18.eſt.n.naturale potentiæ exire ī opus:& p̄/
ter naturā uacare ab opere: nullū aūt p̄ter naturā
æternū:licet.n.aliqñ id quod eſt p̄ter naturā: ma/
gis duret eo/quod eſt ſecundū naturā: nullum tñ
preter naturā æterno tpre durare pōt. Dato.n.op
poſito/rōnes ariſt. īfine primi de cœlo nullæ ſūt.
Probans.n.ꝙ oē genitū corrūpaſ:ſic argumētaſ.
Si ē genitū/prius fuit non ens:ergo & poſt genera
tionē:pōt redire in non ens: ergo redibit. Modo
& ꝑ ſimile:ſi aia ſeparata/prius potuit ſentire:igr̄
& poſt:ergo & ſentiet:quæ conſequētia nō tenet:
niſi p̄ſuppoſita æternitate eius:ſicut ſupponiſ de
prima materia:ſecus aūt eſt reſpectu Socratis:uel
Platonis:qm̄ æterni nō ſunt: ſicut prima materia
æterna eſt:& humana aia ſecūdū poſitionē. Et.n.
illud diuulgatiſſimū eſt apud ariſt. nihil ꝑ īfinitū
tps fruſtrari pōt:ſecus uero eſt de finito tpre: q̄re
qd adduciſ de augmentatiua nō eſt ſimile. Qd̄ ſi
forte dicaſ/aiam ſepatā/nullā uegetatiuæ/aut ſen
ſitiuæ/potētiā habere:cū ſint potentiæ organicæ.
Profecto iſtud irrōnabiliter dr̄: Si nāqꝫ illa eſt aia
uegetatiua/& ſenſitiua:eſt ꝓfecto actus corporis
phiſici organici:qm̄ uegetatiuū & ſenſitiuū/ſunt
inſeperabilia a materia:qr actuabūt materiā. Am
plius potētia ileqſ eſſentiā: quo modo igiſ ibi eſt
uegetatiua/uel ſenſitiua:ſi neqꝫ proprietates/neqꝫ
operationes ibi ſūt? Certe ut puto nihil dici pōt:
niſi aliquod uolūtariū:& ut ſubſtineatur poſitio:
nō iſpiciēdo/an ea quæ dicunſ/cōtradicāt Ariſto/
teli/rōni/& experimēto. Datis nāqꝫ aduerſarioꝝ
reſpōſionibus:corrūpiſ uniuerſa philoſopia.

o

CTAVVM Argumētū nſum:ſecūdū cō
tradictorē eſt hoc. Illd̄ qd ē hoc aliqd:nul
lius pōt eſſe actus:ſed ſi aia eſt īmortalis
ſimpliciter:erit hoc aliqd:qr non erit actus corpo
ris:quod eſt cōtra dffinitionē aiæ. Ad quod cōtra
dictor rñdens/dicit duo. Primū/nihil pugnare ſe/
cūdū ariſt.id qd̄ eſt hoc aliqd:uere eē actū corpo/
ris. Dicit nā ꝓ ſe deū faſſe:ſecūdū ariſt.ītelligētias
ueraciter eſſe formas corpoꝝ cœleſtiū. Dicit ſecū
do/ꝙ illud quod adducimus cōtra Thomā.ſ.ſi ali
quod ī actu:uel hoc aliqd:poſſet eſſe forma:tunc
& Comētator dicere poſſet:ꝓ anima intellectiua
uere eſſet forma corporis:cū tamen Diuus Tho/
mas.& fere uniuerſaliter antiqui:oppoſitum exi/
ſtimēt de comētatore. Dicunt &.n.comētatorem
exiſtimaſſe:itellectū eē formā aſſiſtētē/& nō uera
citer formā. Dicit inq̄/hoc nō ſequi: qm̄ ſecundū
Tho.actus qui ſunt ī actu pſe:& quātū ad actū pri
mū eſſendi.i.ad eſſe:& quātū ad actū ſecūdū.i.ad
perfectionē:nō ſunt uniti materiæ: qm̄ talis unio
in nullā caderet utilitatē formæ:materia uero cū
ſit pp formā/debet caderē utilitatē formæ:actus
uero noſter qui eſt hoc aliquid/qm̄ ī principio in/
diget corpore pro ſua operatione:cōuenientiſſime
unitus ē corpori. Nos aūt dicimus:ꝙ neutrū iſto
rū dictoꝝ ueꝝ eſt. De primo itaqꝫ dicēdū eſt:ꝙ ſi
quis ponat aiam humanā a corpore ſeparari:rōna
bilius hēt ponere:itelligētias ī formare corpa cœ/
leſtia:q̄ ipſam aiam/ueræ eſſe actū corporis. Nā ut
comētator.2.de aia comēto.4.dicit:& non minus
ariſt.7.Methaphi.formę eſt inherere:ſiue ſit ſub/
ſtātialis:ſiue accidētalis:licet eoꝝ ſubiecta ſint di/
uerſa:ipſæqꝫ formæ/ab eaꝝ ſubiectis:ꝑ naturam
ſunt iſepabiles: neqꝫ ſeparari poſſunt/niſi diuino
miraculo:ueluti ī Sacramēto altaris cōtingit. Quū
itaqꝫ itelligētiæ nunq̄ ſeparenſ a corporibus cœle
ſtibus:ſecūdū aūt poſitionē aia humana:mō ſit in
corpore:mō extra corpus:nō pōt fingi huiuſmōi
cōiūctio:niſi ſecūdū accñs:ueluti lignū ligno: uel
lignū clauo cōiūgiſ. Qr Plato nō minus cōſequē
ter/q̄ ſapiēter/dixit. Aiam eſſe hominē utentē cor
pore:neqꝫ hominē dixit eſſe cōpoſitū ex aia & cor
pore:ut ī primo alcibiade habeſ. Vñ grecoꝝ theo
logoꝝ ſapiētiſſimi Greg.nazanzenus & Greg.ni
cenus audiētes ariſtot.ꝓnūtiare:aiam uniuerſalē
eſſe actū corporis:hominēqꝫ eē cōpoſitū ex aia &
corpore:dixerūt ipm ariſt.ꝓculdubio aſſeuerare
aiam humanā eſſe mortalē. Dicimus tñ:neꝝ eſſe
īpoſſibile:illd̄ qd affirmat cōtradictor:uidelicet/
ꝙ itelligentia ueræ ſit forma cœli:qd multis rōni
bus pſpicuū eſt uidere. Primo qdē:qm̄ ex itelligē/
tia & orbe fieret pſe unū:ut ſatis patet:qd ex mul/
tis refelleſ. Primo qm̄ itelligētia eēt pars eſſentia/
lis cōpoſiti:& ſic itelligētia definireſ ꝑ orbē:qr &
depēderet ab orbe:qñqdē definitū depēdet a par/
tibus definiētibus. Secūdo qm̄ itelligētia nō eēt ꝑ/
fecta ī ſpē:cū pars eēntialis nō ſit ſpēs: ſed ſpēi ps:
ergo qm̄ intelligētia non eſſet effectiua orbis: qm̄
phiſicoꝝ.2.forma nō poteſt coincidere ī idem nu/
mero cū efficiente:Quæ omnia quātum ſint falſa

patet per oēs Peripateticos:& ꝑcipue Comentato/
rē:in de ſubā orbis. Amplius ad principale ſi ītel/
ligētia eſſet forma cœli:tunc intellectus:quo intel
lectus:alicuius corporis eſſet actus:omnis nāqꝫ in/
tellectus eēt alicuius corporis actus:quod manife
ſte falſiſſimū eſt. Præterea ſi intelligentia uere eſt
unita cœlo:uana erit illa unio : qm̄ quidē ex ſe ha
bet eſſe & operari:nā in itelligendo nō idiget cor/
pore:quid igitur ſibi ꝓdeſſet illa unio? At huma/
nus animus neceſſario eſt corpori unitus:qm̄ ſine
phātaſia intelligere nequit. Quare Diuus Tho. in
ſecūdo lib. cōtra Gentiles. his & cōſimilibus:ueris
rōnibus dicit:uaniſſimū eſſe ponere cœlos aīatos.
Illud aūt quod aducit̄ .ex Ariſt. & Comentatore.
& uniuerſaliter ex peripateticis:qui cōcordes ꝓ/
nūtiant cœlos eſſe aīalia:nō eſt intelligendū ſecun
dū uniuocationē & ꝓprie:ſed ſecundū equiuoca/
tionē & quādā ſimilitudinē : ueluti Auerois in .2.
capite libri de ſubā orbis ſcribit:cui cōſentit Ale/
xāder in paraphraſi de aīa. ſic iquiēs: Aīa corpoꝝ
cœleſtiū equiuoce eſt aīa. Sed ꝓ tanto intelligētia
dicit̄ aīa cœleſtis corporis:qm̄ cœlū ab ea hēt eſſe
& operari:eſtqꝫ ipſi intrinſeca:ueluti forte deus:a
quibuſdā dictus eſt aīa:& ueluti ſecundū legē no/
ſtram ponimus:angelos eſſe formas corporum
aſſumptoꝝ:licet pfectius hoc in itelligentiis repe
riat̄:qñqdē intelligentiæ nūq̄ deferāt cœleſtia cor
pora. imo Comēt. multotiēs dicit cœlū ab extrin/
ſeco moueri:primo namqꝫ de cœlo:comento .21.
poſt dimidiū dicit:ipoſſibile eſt cœlū eſſe ſemper
mobile nisi p principiū extrinſecū:nō corporeū:
neqꝫ ꝙ ſit uirtus in corpore : quare ſi dicit̄ princi/
piū itrinſecū:& nō extrinſecū:ideo eſt:qm̄ ſecūdū
cōſuetudinē extrinſecū ꝓprie dicit̄ de corporibꝫ:
quod manifeſtū eſt:ex .7. & .8. phiſicoꝝ. dicit. n. ſi
quod mouet̄ ab extrinſeco:illud in mouendo mo
uetur:quare & oē ſic mouēs ex extrinſeco:corpus
eſt:Scire tn̄ oportet:ꝙ q̄uis intelligentiā ſic mouē
do cōcedamus eſſe aīam & actū corporis:licet im
proprie:nō tn̄ in intelligēdo:& qua itelligētia eſt:
& q̄uis ſic improprie nō concedamus eſſe actū cor
poris ſiue aīam:qm̄ ut ſic nullo modo dependet a
corpore:licet in mouēdo depēdeat a corpore:ueꝝ
improprie dicit̄ eſſe forma:qm̄ re uera eſt tm̄ effi
ciens & finis. Huic aūt noſtræ ſententiæ conſonat
Diuus Tho. i queſtionibus diſputatis de ſpiritua
libus creaturis:queſito ꝓprio:& i pleriſqꝫ aliis lo/
cis in quibus dicit: Si quis diligenter pſpexerit in
ueniet inter ponētes cœlos eſſe aīatos : & negātes
eſſe aīatos:nullā eſſe diſcordiā:ſecūdū rem:ſed ſo
lū ſecūdū uerba. Cœli. n. uere nō ſunt aīati:qm̄ ex
intelligentia & orbe nō fit uere unum:cū tā orbis
q̄ intelligētia ſint uere in actu : & utrūqꝫ de pſe eſt
perfectū i ſpē. De itelligētia. n. qs ambiget? qñqdē
& pſe ē:& pſe operat̄ : nihil. n. aptius & efficatius
pōt mōſtrare aliquod eſſe pfectū i ſpecie : q̄ ꝙ pſe
exiſtat:& perſe operet̄ : Id et patet de cœlo:qm̄ eſt
ſubiectū perſe motus:quod aūt tale eſt: i actu eſt:
ut .3. & .5. phiſicorum manifeſtū eſt:quare Ariſt. 8.
methaphi. dixit cœlum uerius appellari ſubām q̄
materiā. ubi Comentator. 12. comēto eiuſdē. 8. ex/
ponens dictū uerbum:ſic inquit:materia. n. in rei
ueritate cuius eſſe eſt in potentia:non inuenit̄ niſi
in ſubſtātiis generabilibus & corruptibilibus:ſub
ſtantiæ uero æternæ : quia in eis non eſt potentia
ad corruptionem:nō eſt in eis materia. Sed mate/
ria eoꝝ eſt aliquod exiſtēs i actu. ſ. corpus:& ideo
dignius habent hoc nomen ſubiectum:q̄ hoc no/
men materia. Comento quoqꝫ .3. 2. de cœlo : ſic di
cit:adunatum ex intelligentia & orbe eſt unū : ſed
ſecundū diſpoſitionem magis diminutā:q̄ ſit adu
natio recipiētis & recepti in forma non abſtracta:
uel ex cōpoſito ex materia & forma:Subiungēſqꝫ
rōnem dicit. Et cauſa iſtius adunationis inter iſtā
formā & ſuā materiā:eſt:quia nō coheret ſuæ ma
teriæ mediantibus dimēſionibus:ſicut formæ ge
nerabiles & corrptibiles:quapp natura hæc caret
potentia. Primo quoqꝫ eiuſdem libri de cœlo co/
mento. 95. materia cœli eſt ens in actu : quare ma/
nifeſtum eſt tā cœlum q̄ intelligentiam uere eſſe
entia i actu:& unūquodqꝫ ipſoꝝ eſſe hoc aliquid:
ex quibus minime fieri pōt unum eſſe pſe: ut. 8.
methaphiſice habet̄. Veꝝ ſecūdū dictū eſt ſatis in
conſiderate ꝓnuntiatū:Dicit nāqꝫ ꝙ ſecūdū Tho/
mā inſequendo opinionē Comētatoris:non pōt
poni humanus aīus ueraciter forma hominis:qm̄
neqꝫ ſecūdū eſſe:neqꝫ ſecundū primā operationē
dependet a corpore:quodqꝫ tale eſt ſecundū Tho.
non pōt eſſe uere forma aliciuus. Sed uir doctiſſi
me inſpicias:ſi intelligētia ſecundū Ariſt. & Tho.
ut patet .2. contra Gentiles capite .70. eſt ueraciter
forma cœli:quæ ſecundū primā operationem nō
dependet a corpore:cur igit̄ ſtando in uia Comē/
tatoris:humanus aīus non poterit eſſe ueraciter
forma hominis? ratio igit̄ ſiue reſponſio ſe ipſam
aperte interimit:data nāqꝫ illa cōcluſione. ſ. ꝙ itel
ligentia uere eſt forma cœli : nullo pacto inficiari
pōt:quin aīus humāus ſuppoſito ꝙ ſit unus:& ta
liter abſtractus:ſit uere forma hōis:quare aptiſſi/
me Albertus:Tho. Scotus:Egidius:Grego. arimi
nenſis:infinitiqꝫ fere alii:falſum aſcripſerunt Co/
mentatori. quare &c.

n ONVM Argumentū noſtrū dixit Cōtra/
dictor eſſe hoc:poſt ſeparationē aīæ a cor/
pore:qd dicemus de eſſe cōpoſiti:remane
bit:ne:an corrūpet̄? Ad quod rñdēs cōtradictor/
dicit:ꝙ idē eſt eſſe cōpoſiti:& formæ:ueꝝ qñ for
ma eſt ſeparata:eſſe ipſum eſt in forma tāq̄ in pri/
mo ſubiecto. At ſi forma ipſa cōiuncta eſt : eſſe ip
ſum primo eſt in cōpoſito:ut in primo ſubiecto:
in forma uero tāq̄ in principio. Nos aūt dicimus:
qm̄ uel eſſe & eſſentia ſunt idē realiter : uel non:Si
primū:nihil igit̄ dicit̄. ſ. ꝙ eſſe uno modo fundat̄
in cōpoſito:alio modo in forma:cū nihil in ſe ipſo
realiter fundari pōt:tāq̄ i ſubiecto. Si uero eſſe &
eſſentia realiter diſtinguunt̄:iprimis, illud eſt ual
de dubiū:q̄q̄ non deſint plurimi q hoc affirmant:
Secūdo qm̄ & illo dato apud me:in itelligibile eſt:
ꝙ idē primo fundetur in aliquo : & deſtructo illo
in quo primo fundabat̄:i alio fundet̄:imo quum

accidētia quæ ſunt in ſacramēto:amittāt propriū
ſubm : uidelicet ſubām/dicitur tñ cōiter:deū ſup/
plere ex miraculo. Quare & ſic neceſſarius erit re/
curſus ad miracula:ſicut uere eſt:quapp nō ſtādū
erit in puris naturalibus. Amplius nō poſſum' ca/
pere quid corrūpaẜ:nā quod dicūt/tertiā eſſentiā
corrūpi:manifeſtum eſt:eſſe & nō eſſentiæ corru/
ptionē attribuēdā eſſe:cū itaq; idē totaliter eſſe re/
maneat:nihil igitur eſt fingere quod corrūpatur:
neq; qm opera noſtra ſint ſufficiétia ad talé remu
nerationem:qm per rationé naturalem : hoc neq;
eſſe neq; fieri poteſt. Sed qm ipſe deus per ſuos p
phetas ſic promiſit. Quare cú deus fallere nõ poſ/
ſit: ideo infallanter:talé pmiationé expectamus.


VINTA cõcluſio ſit hæc. Si contingat ali
q quid ad Theologiá chriſtianá pertinens:
poſſe probari per phyſicas diſciplinas: uel
per aliquá aliá ſciétiam : prædicator dimittens ſa
cros canones:& innités aliis ſciétis uel ratiõibus:
arguendus eſt:& nõ modica céſura mulctádus é.
Patet cõcluſio. Primo qm p propria in theologia
nõ procedit:ſed p extranea : quod eſt cõtra omné
arté:& uitioſiſſimú eſt:ut patet poſteriorum primo:
unde querentes laudé maxime uituperandi ſunt:&
enim ſunt máifeſti ſophiſtæ. Vt náq; dicit Cõmé.
4. phyſicorum:philoſophia quæ eſt p extranea & nõ
propria:ſophiſtica eſt. Amplius humaná auctori
taté pponút diuinæ auctoritati:cú tñ Auguſtinus
31. cap. 10. de ciuitate dei clamet : humana fragili/
tas cedat diuine auctoritati. Præterea idé Auguſti
nus. 41. cap. decimi octaui libri de ciuitate dei oſté
dit nullo modo iniſiſtédú eé phyſicis rationibus:
qm nulla fere eſt opinio ita clara i philoſophia: qn
alter philoſophus non conet eá aliquo modo ipu
gnare : ut ſapiétior & admirabilior altero uideat.
At in theologia quátú ſpectat ad ſacros canones/
neq; minima poteſt eſſe cõtrouerſia. Adde quátú
refert:hoc eſſe inuentú humano ingenio:illud ue
ro diuino oraculo nútiatum. Dicit & idé Aug. in
fine. 40. cap. eiuſdé decimi octaui libri. Quæ in ſe
cularibus líis ſcripta ſút:ſiue uera ſiue falſa ſint:ni
hil momẽti afferút:quo rectæ beateq; uiuamus.

EXTA & ultima cõcluſio ſit hæc. Prædi
ſ cator cuius officiú eſt rudé populú iſtrue
re:ut eú a uitiis remoueat : & eú inducere
ut uirtutes proſequat. & tandé ut ad cœleſtia per
ducat naturales queſtiões uel mathematicas : &
uniuerſaliter qualcúq; nõ ad theologiá ptinétes
pertractant. Et qui quæ fidei ſunt:naturalibus ratio
nibus mõſtrare cõtendit:minime officio pdicato
ris fungit neque hic prorſus oi ſapientia & charita
te priuat :ſed ignorátia temeritate arrogátia ina
ni gloria ambitione auaritia dolo fraude & de
niq; oi iniqtate uſq; ad crepaturá plenus iudicet.
Huius cõcluſiõis prima ps é manifeſta : qm ſicuti
nõ eſt grámatici:de queſtiõibus phyſicis ſe intro/
mittere:neq; de domo cõſtruéda:ita neq; pdicato
ris eſt de talibus ſermoné habere : cú hæc ut dixi/
mus in alia cõcluſione ex Auguſtini ſentétia:nihil
ad rectæ beateq; uiuendú faciát. Amplius ſit ſer
mo ut auditores intelligát : ueluti Chriſoſtomus
ſup Matheú & Gregorius in paſtorali referút : &
eſt pceptú Ariſt. in primo ethicorum: & in tertio re/
thoricæ. At rudis populus:horum minime capax é:
neq; uerba intelligit. quare irrita & uana é huiuſ/
modi operatio. Præterea ſemp in talibus queſtio
nibus ut dicit Auguſtinus eſt garrula & inutilis
acuitas : quare ut quottidiana docet experientia:
inter auditores oriuntur diſcordiæ:& ſectæ ſemi
nátur : cú tñ inter chriſtianos ſumma debeat eſſe
pax & cõcordia. cum unú ſit chriſtianorum caput. ſ.
Chriſtus. Præterea prædicator in his inſiſtens:di
mittit quæ dei ſunt & proſequit quæ ſunt ſatha/
næ : unde Marci ultimo Saluator dixit. Ite & pdi
cate euágeliú meú:non aút dixit ſecularé doctriná.
Vnde & apoſtolus primo primæ ad Thimotheú:
dicit:Rogaui te:ut remaneres epheſi: cum irem í
Macedoniá:ut denútiares quibuſdá ne aliter doce
rent:neq; intéderent fabulis : & genealogiis inter
minatis : quæ queſtiones præſtant: magis q́ edifi
cationé dei:quæ eſt in fide:finis aút pcepti eſt cha/
ritas de corde puro:& cõſcientia bona : & fide non
ficta. A quibus quidá aberrátes conuerſi ſunt in ua
niloquiú:uolentes eſſe legis doctores non intelli/
gentes de quibus loquuntur : neq; de quibus affir
mant &c. Non minus etiam peccat: qui quæ fidei
ſunt:per naturales rationes probare contendit. Pri
mo qm quæ fidei ſunt:ex determinatione roma/
næ eccleſiæ p naturalia cognoſci non poſſunt:ſed
tñ ex dono ſpús ſancti. Secúdo qm cum rationes
illæ quæ adducútur nõ ſint tantæ efficatiæ ſicut
rethorum & poetarum ſermones:qui audiút ſi quid in
genii habent cõtemnút illas: credútq; q fides tali
bus uanis innitatur: cú minime uerum ſit. Tertio qm
querút impoſſibile : nullus. n. intellectus creatus:
quæ fidei ſunt itelligere põt niſi ex dono ſpiritus
ſancti:quare manifeſtata parte prima cõcluſionis:
quis dubitabit de ſecunda:ſcilicet nihil charitatis
& ſapiétiæ habere:cú Saluatorem relinquat: & ſa
thanam proſequatur. Sapiétia. n. & charitas nõ in
habitát:ubi Saluator nõ eſt. Ná ut apoſtolus Ioan
nes dixit:qui in deo manet in charitate manet: &
qui in charitate manet in deo manet: neq; etiá ibi
habitare põt ſapientia:ubi nõ eſt charitas:cú cha/
ritas ſit forma oium uirtutum:unde fit ut relicto
deo:ſathaná inhabitet:ſed qui ſathaná inhabitat:
omne uitium inhabitat:qñquidé ipe ſit initiú ois
peccati. Neq; etiá experimétú cõtradicit his : quæ
de talibus pſeudo religioſis diximus:ná ut ſingu/
la proſequamur:quis ignoret eorum ignorantiá? cú
tantum de his quæ dicunt uerba & nõ ſenſus ha/
beát:ſuntq; ueluti pſitaci & picæ quicquid. n. di
cunt in ſcartabulis diſcunt:omneq; tempus conſu
munt:ut ea memoriæ tradant : & ueluti mimi in
ſcæna alienã perſonam induant. Quid de temeri
tate & arrogátia? quádoquidé teſte Auguſtino in
ultimo de ciuitate dei:ignorantia temeritatem &
arrogantiam pariat. De ambitione autem & eorum
inani gloria:quid attinet dicere? quando ipſi om
nes mortales longiſſimo interuallo ſuperét. Vnú
uero tacere non potero : q́uani ſint huiuſcemodi
generis uiri : ná græcæ hebraicæ caldeæ latinæ
& ſecundú unúqdq; idioma loquútur : quaſi rude
uulgus oia idiomata teneat:cú uix unú balbutiat:
linguá natiuá & patriá negligút: mixtáq; & pegri/
ná pnútiare tétát:ut hoium aures demulceát: cát
lenas canút:ifinitá memoriá oſtédunt:ut hoibus í
admirationé ueniát. At quáto melius eét hoies in

ſui admirationē traheret:ex uitæ & mo⁊ītegrita te:q̄ ex tot tātiſq; ſciētiis & tot lingua⁊ uarietate. Sic &.n.docebat Antōius abbas diſcipulos ſuos. Quid aūt eſt opus dicere de eo⁊ auaritia? qñ pdi cationes plus porrigentes auri: nō ubi plures aīæ ſaluātur:tā ſolliciti & querūt & mēdicant. Quid de dolis & fraudibus & rapinis dicemus? qñ horri dā barbā:incultū ueſtitū:muſtelinū colorē:caput ſubmiſſum:uerba tremula ſimulant:ut a ſimpli cibus argentū & aurū ſubripiāt. Quæ etiā uiri do loſiſſimi nō patiūtur:nō ſimulāt:ut unus ad ſum mū pontificatū pueniat:alter ut pileū: alter ut epi ſcopatū: alter plationē aliquā cōſequat? Quid de odiis, & digladiationibus inter eos dicā? qñ oēs magiſtratus horū clamoribus pleni ſunt. Certe unū:& uerıſſime dicam:milies fui corā illuſtriſſi mo Veneto⁊ dominio: & nūq̄ ſaltē ſemel ex tot uicibus:deerāt iſti acuſantes ſe:de nephādiſſimis criminibus:& inter ſe digladiantes. Vnde uere de his dici pōt:illud qđ Ariſt.ferūt dixiſſe ſolitū: de muliere pulchra ſed inhoneſta.ſ. ſi linceos oculos haberemus:ut uiſus noſter diſtātiā penetraret: p fecto itroſpectis uiſceribus ho⁊ hypocrita⁊:non uideremus, niſi dolos fraudes, inſatiabile deſide riū auri, argēti, dignitatū, hono⁊, inhoneſtarūq; uoluptatū:q̄ uix humano eloquio narrari uel cō phendi poſſunt:qr cū tales ſint:habeantq; agno⁊ ueſtes:& ſerpētū corda, ab ipſis maxime cauēdū ē.

Tales aūt fuiſſe criminatores meos non dubites:q & ſi a uulgaribus magni habeāt & honorēt:certe tñ ſpnēdi ſūt. Nāq; ut.d. Ariſt.3.rethoricæ ubi ma ior eſt multitudo:ibi minus ē de itellectu:uulgus enim ut ibidē dicit:magis mouet ex hypocriſi:q̄ ex enthimematibus & rōibus. At ſapiētes ecōtra rio:qr &c. Perfecta eſt itaq; hæc apologia per me Petrū filiū Ioānis Nicholai Pōponatii, Mantuani: die.21.Decēbris.1517. Bononiæ anno quinto Pon tificatus Leonis Decimi.

¶ Impreſſum Bononiæ p Magiſtrū Iuſtinianū Leonardi Ruberienſem:anno ſalutis. M.ccccc.xviii.Die.3.Feb.



¶ Petro Bembo.S.D.N.Primo ſilentiario:Petrus Pōponatius Mātuanus fœlicitatem.

Forſan optime ac eloquētiſſ.Bēbe ad primū huius Apologiæ noſtræ cōſpectū: putabis me cu raſſe ut ea ī manus tuas ueniret: uti ſi denuo irritabiles ac cerebroſi accuſatores noſtri me de ferent:ilt ructius atq; paratius aciē ſubſidiaria:opē ferre plentē ualeas. Siue ut certiorē te faciā quatenus illis reſpondere ualeas. Vel ut in amicitiæ tuæ penetralia me profundius inſinuem: gratiā apud aures tuas his lenociniis aucuparus. Cæte⁊ nulla me huiuſmodi ratio mouit: quippe cū talis in te fulgeat eruditio:nulla ut egeat pparatione:& ſi licet magnis parua cōponere:perinde eēt te docere: ac aquilā ad uolatū inſtruere:aut torrentē exiguū, inuaſtū oceanū deducere. Nec ea quidem cauſa me impellit, ut his ineptiis amorē tuū uener:tāq nūc primū a te amari, nūcq; primū eſſe in ſinu tuo inci perē. Nāq; me Genitor tuus uir oī laude ſupior in intimis ſemp habuit: & omnibus pietatis, ac amo ris, officiis me ſemp proſequutus eſt. Cuius rei indicia manifeſtaria pbuit. Neq; te fallit:ſi recte cōii cio:illū eūdē patrē tuū, tanto pignore fœliciſſimū, cū Vicedominū Ferrariæ ageret, quēadmodū eius opera & auſpiciis:ab obitu Nicoleti philoſophi celeberrimi: illi ſubrogatus per honorifice fuerim. Nūc uero ad te me cōuerto Bēbe cultiſſime:qui inter cætera ueri amoris indicia:in accuſatores nr̄os exarſiſti:ionaſti:fulguraſti.qui me perperā hereſeos inſimulabāt. Nā ſupioribus diebus. Humaniſſi mus uir Fauonius uergerius iuſtinopolitanus.R.Car.Egidii ſecretarius, mihi ex fide retulit:te corā nō paucis Card.Sanctiſſ.Dño nr̄o:nec nō cæteris:ad quos huius rei ſpectabat arbitriū:nō erga clientē patronū egiſſe:ſed pientiſſimū erga filiū parentem:& quod maius eſt beneuolentiæ ſignū: quod nihil tale cogitantem:nō ambientem:& prorſus criminationis ſimul ac defenſionis igna⁊: protexiſti. Sed quid ego ī humanitate tua ſingulari īmoror? liberalitatem omniū uirtutū, rariſſimā attingam. Cum primū a.S.Leone Decimo crucigero⁊ equitū pfecturā ſane opulentiſſimā cōſecutus es:nōne quāpri mū redditus:uectigalia:pēſiones annuas pro nutu noſtro ſeruire iuſſiſti? Idq; ſepiſſime œconomos diſpenſatoreſq; tuos ut cōmodis noſtris pſto eſſent admonuiſti? Quare ſuauiſſime ac benigniſſime Bēbe, cū tot tantiſq; in me meritis par eſſe nō ualeā, nec tot debita noſtra uiciſſitudine beneficio⁊ di ſpungere:me fortunaſq; oēs meas:inditionē tuā do ac dedo:quæ licet tali in me beneuolētiæ, officiis: neceſſitudini collatæ oppido quā uileſcāt. Te tñ, ut oīa noſtra:hoc eſt tua: læta ſoles excipere fronte ſuſceptu⁊ cōfido:ac æq bonięq ducturu⁊ nō rei quæ daſ tenuitatē:ſed dātis animū metiēdo. Vale.

❡ Tractatus iſte:continet primã contradictioné:
de qua abunde.in primo Apologiæ noſtræ uo
luminæ diſputauimus. Verum quoniá cõtin/
gere põt:nos aliqua addidiſſe:uel ſubtraxiſſe:
contra auctoris intentioné.Ideo curaui una cú
Apologia imprimi:& eo ꝑſertim:qm̃ hic con/
tradictor mea ſententia:nihil relinquit: quod
rationabiliter aduerſus nos aduci poſſit. Eſt
&.n.tractatus iſtæ copioſus:doctus:grauis:acu
tiſſimus:& diuino artifitio:cõflatus:qr̃ &c.

d E ANIMI HVMANI ĩmorta/
litate ſciétiam cenſeo ego ratione
naturalí acqri poſſe: atq; ex Ariſt.
dictis colligi:ueꝝ multoꝝ quæ ad
aiæ ĩmortalitatem cõſequũtur il/
liq; ſũt ãnexa cognitione naturali
rõe haberi nõ poſſe exiſtimo:perfectá licet nõnul
lis cõiecturis naturalibus uti poſſimus in illis ex
plicãdis:quæ fidé potius faciant quam ſciam. Exẽ
pli cauſa ſi aía ĩmortalis ſit quená ſit eius diſpoſi
tio poſt morté:an ante corpus illud fuerit cuius ẽ
anima nec ne:puto ego rationé naturalé minime
ſufficere ad hoꝝ inueſtigationé:licet nõnullis con
iecturis naturalibus uti poſſimus ad huiuſcemo/
di queſtiones explicandas:quo fit ut ſano homini
cõcedendú putem cú in re tã neceſſaria defectum
humanæ rationis agnouerit diuinitus aliqua fuiſ
ſe hominibus reuellata ex quibus ea cognoſcere
poſſint in quibus cognoſcẽdis naturalis ĩtellectus
lumé defficiebat. Duo uero quéadmodú puto ego
de intellectu humano naturalis ratio efficaciſſime
probat. Horum alteꝝ eſt ꝙ intellectus humanus
unitus in omnibus hominibus eé nõ poſſit: ut pu
tauit Auer. Alteꝝ uero ꝙ aía hoís ſimpliciter ſit ĩ
mortalis licet defficiat ab intelligẽtiaꝝ ĩmortalita
te. Neq; arbitror ego in duobus his Ariſt. ullo pa
cto dubitaſſe:in aliis uero ad quæ diximus ratio/
nem naturalé nõ pertingere niſi ꝑ cõiecturas cen
ſeo ego Ariſt. ualde ambiguú fuiſſe. Veꝝ qm̃ ſcia
nõ ex auctoritate: ſed ex demõſtratione procedit
(ná ſiquis Ariſto. uel cuiuſdá alterius auctoritati
ĩnixus alicui quãtũcũq; uere cõcluſioni cõſenſerit
uerá eũ opinioné habere ſciam uero minime dice
mus) idcirco ab auctoritatibus núc nobis abſtiné
dũ duco:ſed ſolis ratiõibus quibus tñ philoſophi
ueteres uſi fuerũt inſiſtemus: poſtmodú uero qđ
ná de duabus cõcluſiõibus illis quas ratione natu
rali probari poſſe cẽſemus Ariſto. ſenſerit:ex eius
dictis hinc inde colligemus.

p RIMA cõcluſio ꝙ intellectus.ſ.nõ ſit uni
tus quéadmodú exiſtimauit Auer. ea rõe
quá tangit etiá excelléntia tua efficaciſſime
probari puto:nam intellectus ille unicus uel ẽ for
ma dans eſſe ſubſtantiale ſingulis hominibus uel
nõ. Si dicatur qđ nõ: quũ intellectio ſit actio ĩma/
nens in ĩtellectu ſicuti uiſio eſt actio ĩmanés ĩ ocu
lo intellectus uero nõ ſit in nobis:utiq; de neceſſi/
tate intellectio neq; opationes illæ quæ ſequũtur
intellectioné ut uolũtas & ellectio nõ pertinebũt
ad nos. Neq; poſſumus recurrere ad phãtaſmata
exiſtẽtia in nobis: quia ĩ phãtaſmatibus nõ eſt ĩtel
lectio:ſed phãtaſmata mouẽt intellectũ ad intelle
ctioné ſicut color mouet uiſum ad uiſioné. Si ue/
ro dicatur quod intellectus illæ unicus ſit forma
dans eſſe homini quéadmodú neceſſe ẽ dicere: tũc
ſequitur quod omniũ hominũ ſit unũ eẽ ſecundũ
numeꝝ:imo quod Socrates eſſet ille quod eſt Pla
to: quod omni impoſſibili impoſſibilius eſt: cõſe
quẽtia probat̃ quia quũ eẽ inſequat̃ formá ſubſtã
tialem uná formá numero ĩſequit̃ unũ eſſe: quo
fit ut omniũ hominũ ſit unũ eſſe numero: deinde
quũ cõpoſitũ quodq; maxime ſit pricipalis cõpoſi
ti ps: & ꝑcipue quũ oẽs aliæ ab ea in eẽ dependent:
Sequit̃ quod Socrates maxime ſit intellectus qui
eſt eius forma ad quá ſequit̃ eẽ in toto:& ꝑſertim
cũ ſit forma per ſe ſubſiſtens apud Auer. Socrates
ergo maxime ẽ intellectus ille unicus: idẽ dicemus
de Platone ac Cicerõe: quo fit ut oẽs homines ſint
idẽ numero quo quid ſtolidius cõcedi poſſit non
uideo. Sunt ꝑter hanc etiá aliæ rationes: ſed hanc
puto ego oium ualidiſſimá & eá quæ nullo pacto
ſecundũ eá rationé quæ eſt interius cuius intereſt
cognoſcere ac aſſentiri principiis demõſtrationis
ſicut dicit Ariſto. infringi poſſit.

ſ ECVNDAM uero cõcluſioné inq̃ nõ pe
nitus idé ſẽtio cũ excellẽtia tua oſtẽdemꝰ:
ſi prius nõnulla ex quibus huiuſce rei pro
batio omnis pendet percuremus. Ens quod neq;
ꝑ accidẽs eſt neq; ueritaté propoſitiõis ſignificat a
philoſophis diuiſum eſt ĩ ſubſtantiá & accidens:
differt uero ab accidẽte ſubſtãtia ꝙ ſubſtãtia perſe
ſubſiſtit & ꝑſe eſt: accidẽtis uero eẽ eſt eẽ ĩ alio. De
inde cũ ad cõſiderationé ſubſtãtiæ cõuerſi philo/
ſophi fuiſſent: multaſq; ſubſtãtias uiderẽt genera
tioni atq; corruptioni obnoxias eẽ: ratione coacti
diſſoluerũt ſubſtantiá ꝑ ſe ſubſiſtẽtem in duas na
turas: quaꝝ alterá appellauerũt formá alterá uero
materiá: haꝝ deinde diuerſitaté inter ſe cõtẽplati
ſunt: ná materiá qa ſubiectũ ẽ generationis diuer
ſaſq; formas ſubſtãtiales recipit appellarũt poten
tiá in genere ſubſtãtiæ .i. ĩcohationé quádá ꝑ ſe in
cõpletá illius ſubſtantiæ quæ per ſe exiſtit: formã
uero dixerũt eſſe actũ ſeu cõplemẽtũ ſubſtantiæ ꝑ
ſe ſubſiſtẽtis: & cũ pro tanto unũqđq; uere ſit pro
quãto eſt in actu: dixerũt quod formá ſubſtãtialẽ
ĩſequebat̃ eẽ ſubſtãtiale. Veꝝ quũ oium ferre ſub
ſtantiaꝝ generabiliũ opationes cõtẽplati eẽnt ma
teriã nõ trãſcendere formas ſeu actus huiuſcemo
di ſubſtantiaꝝ: appellarũt formas materiales tãq̃
eas quæ nõ eẽnt ꝑ ſe in actu nec haberent eſſe ꝑſe
cõpletũ. Ex quibus cõcluſerũt ꝙ eſſe ſubſtãtiale ꝙ
facit ꝑſe eẽ licet eſſe ſequeret̃ formá ueluti princi
piũ quoddá: nõ tamen erat ĩ forma tãq̃ ĩ ſubiecto
primo quia forma ꝑſe nõ eſt: ſed erat in cõpoſito
ex materia & forma: hoc.n. ꝑſe exiſtit & ꝑſe ẽ. Cũ
uero opari ꝑſuppõat eſſe illud uere opabitur qđ
uere eſt: ſed cũ formæ huiuſcemodi nõ ſint ut di/
ximus: ſed cõpoſitũ ſit illud quod ꝑſe eſt dixerũt
nullo pacto formá opari: aut agere ſiue moueri:
aut corrũpi: aut generari: ſed cõpoſitũ eẽ illud qđ
ageret moueretur aut corrũperet̃. Cum uero cõ/
poſitũ cõſtitutũ ſit ex materia & forma exiſtima/
uerunt quod in opatione ea quæ eſt propria ſpẽi
alicuius quá cõpoſitũ operat̃ cõcurrant & materia
& forma ex quibus cõpoſitũ cõſtitutũ eſt ueꝝ di/

uerſimodinã formã dixerunt eſſe principiũ illius
materiã uero eẽ ueluti organũ q̃ddã opationis:ex
quibus cõcluſerũt oẽm formã materialẽ eẽ uirtu
tẽ organicã large extẽdendo nomẽ organici: (pro
priæ nãq; loquẽdo organicũ corpus ẽ ꝙ hẽt diuer
ſitatẽ in ptibus quale ẽ corpus ꝙ eſt ſubiectũ aĩæ)
deinde de huiuſcemodi forma materiali dixerũt
ꝙ cũ pſe nõ ſit ſed indigeat materia tãq̃ ſubſtenta
culo quoddã inquo ſit ꝙ materia ẽ cã in eẽndo ta/
lis formæ ſubſtẽtat nãq; ipſam:cũ ãt affectiões cau
ſæ i eſſendo illius inquã cauſe q̃ & ipa nõ pſe ẽ prin
gat ad illud cuius eſt cã:affectiões utiq; materiæ p
tingent ad ipſam formã:qr cũ materia ſcd͂m ſe ſit
diuiſibilis:talis etiã forma erit diuiſibilis & exten
ſa ad extenſionẽ ſubiecti:& cũ materia ſit limitata
ad certũ locũ & tẽpus : talis ẽt forma limitata erit
& cõphẽſa a certo loco ac tẽpore : nõ.n.aliter fieri
põt quũ huiuſcemodi forma nõ ſit i actu neq; pſe
ſit ſed ſit tm̃ actus qui cõpoſitum eſt indigeatq; in
eſſendo materia ſibi itrinſeca aqua depẽdet uelut
a ſuſtẽtaculo i ſuo eẽ. Ex his ergo breuiter colliga
mus ꝙ forme materialis cõditiões quia nõ ẽ i actu
ſed ẽ tm̃ actus ſunt hæc:nõ eẽ illud qđ opaꝛ:ſed eẽ
principiũ opatiõis organo idigens:atq; eẽ formã li
mitatã & extenſam ad limitationẽ & extẽſionem
ſubiecti aquo depẽdet tãq̃ ab itrinſeco quodã ſub/
ſtẽtaculo i eſſendo. His declaratis dicamus quod
philoſophi inſup nõ uia generatiõis & corruptio/
nis ſed uia motus & opationis cuius principiũ eſt
forma deuenerut ad cognitionẽ formaꝝ alterius
cuiuſdã generis:nã cũ uidiſſẽt ſubſtãtias naturales
moueri has quidẽ uiderunt moueri ab alio ueluti
a pricipio illas uero uiderũt moueri a ſe:mouẽtur
ab alio oĩa q̃ uioleter mouẽtur & oĩa q̃ inaĩata ſũt:
nã in motu eoꝝ naturali de potẽtia accidẽtali mo
uenꝛ a remouẽte phibẽs:de potẽtia uero eẽntiali
mouenꝛ a generãte:qr cũ nõ ſit in ĩfinitũ pcedere
in mouentibus & motis ab his q̃ ab alio mouẽtur
neceſſe eſt deuenire ad motũ aliqđ ex ſe:huiuſce/
modi uero ſunt aĩata ut manifeſtum eſt. Hæc aũt
mota ex ſe q̃ aĩata ſunt ſimplicia eẽ nõ poſſunt nã
nihil ſe ipm̃ primo mouet:idẽ nãq; eẽt in potẽtia
& i actu reſpectu eiuſdẽ qđ cõtradictionẽ claudit.
Sed diuidũtur in duo principia ex quibus cõponũ
tur p quoꝝ alteꝝ mouent:p alteꝝ uero mouenꝛ.
Veꝝ quũ mota ex ſe q̃ hic ĩfra orbẽ lunæ uidemus
generẽtur & corrũpanꝛ:ſicq; in ĩfinitũ procedant
nullũ ipſoꝝ ſigillatim neq; oĩa ſimul poſſunt eſſe
cã cõtinue huius ſucceſſionis & infinite:quia in oĩ
eſſentiali cãꝝ ordine ubi primũ non agit neq; me
dia agere poſſunt:at in infinito nõ ẽ primũ:quare
neceſſe eſt ut oĩa hæc mota ex ſe generabilia conti
neanꝛ ab aliquo moto ex ſe eterno ſiue unũ ſit ſiue
plura. Hoc uero motũ ex ſe æternũ diſtinguiꝛ &
ipm̃ ſicuti alia mota ex ſe in duo principia quoꝝ
alteꝝ eſt mouens alteꝝ motũ. Veꝝ mouens prin/
cipiũ p tẽpus ĩfinitũ nõ põt eſſe uirtus materialis:
quia oĩs talis uirtus p materiã intrinſecã aqua in
eſſendo dependet eſt terminata: ut ſuperius dixi/
mus:qr ſequiꝛ qđ nõ eſt uirtus: aut forma in ma/
teria: ſed eſt uirtus abſtracta pſe exiſtẽs i actu neq;
in ſuo eſſe ĩdigens materia per quã ſubſtẽtetur ex
quibus oĩbus colligiꝛ qđ per uiã motus philoſo/
phi deuenerũt in cognitionẽ alicuius generis for/
maꝝ q̃ actuant quidẽ materiã:& ſunt actus:cum
hoc tñ a materia in eſſe non dependent:& ſunt in
actu pſe:ita ꝙ eſſe p qđ ipſe ſubſiſtunt cõicant ma
teriæ actuãdo & pficiẽdo ipſam:in quo differũt a
formis materialibus:quia ipſe nõ ſunt per eſſe qđ
eas inſequiꝛ:ſed ſunt principiũ per qđ cõpoſitũ ẽ.
Huiuſcemodi uero ĩmateriales formæ cũ hoc qđ
ſunt principiũ p qđ materia eſt actuãdo ipſam:ipe
etiã pſe ſunt:neq; affectiões materiæ pertingũt ad
tales formas quia in eſſendo nõ depẽdent a mate/
ria ſicuti formæ materiales depẽdent:quo fit ut ta
les formæ nõ ſint diuiſibiles:aut extenſe ad exten
ſionẽ materiæ neq; limitenꝛ ad certũ locũ & tem
pus a quo cõphendanꝛ ĩmo ſunt ſupra locũ & tẽ/
pus:in ſuiſq; opationibus intrinſecis nõ indigent
organo corporeo:quia quũ opatio ĩſequaꝛ eẽ:iſte
uero formæ perſe ſint abſq; materia in ſuo eſſe in
trinſeco:idcirco perſe etiã abſq; organo itrinſecas
opationes exercent.hæq; formæ ſunt ſimpliciter
ĩmortales ut paulo poſt declarabimus:materiales
uero formæ ſunt mortales:ut probabimus. Nũc
illud declaremus qđ formæ dantes eẽ corporibus
cœleſtibus ſunt ĩmateriales formæ:hoc quidẽ ex
diſcurſu ſuperius facto claꝝ eſſe põt:quia corpus
cœleſte eſt illud primũ motũ ex ſe ad quod eſt de
ueniendũ:motũ uero ex ſe eſt illud in quo princi/
piũ actiuũ motus eſt intrinſecũ mobili:qr princi/
piũ actiuũ motus cœleſtis erit intrinſecũ corpori
cœleſti:qđ fieri nõ põt niſi det ipi eẽ:oĩs.n.forma
ſubſtantialis intrinſeca alcui materiæ eſſe nõ põt
niſi illi det eſſe:prima ſi cœlũ moueretꝛ ab extrin/
ſeco uel ergo pulſu uel tractu uel uertigine moue
retur:qđ eſſe nõ põt:quia oẽs iſti motus ſunt uio
lẽti: tũ etiã quia uertigo q̃ motui cœleſti minime
accomodari põt eſt motus cõpoſitus cœlũ uero
moueꝛ motu ſimplici. Amplius ſi cœlũ ſit perſe
ſubſiſtens abſq; itelligentia cũ oẽ qđ eſt i actu uel
ſit actus uel habeat actũ cœlũ uero non poſſit eſſe
actus ut manifeſtũ eſt ergo habebit actũ.i.formã
ſubſtantialẽ pter itelligentiã:quũ uero natura cor
poris ſimplicis ſit principiũ actiuũ motus ſimpli/
cis hæc utiq; forma erit principiũ actiuum motus
ſimplicis:nõ recti:ergo circularis:talis aũt motus
eſt ĩfinitus & uirtus materialis nõ põt mouere tẽ/
pore ĩfinito qr ſequiꝛ talẽ uirtutẽ eſſe ĩmaterialẽ
& intelligentiã: cõcludamus ergo ꝙ ex hoc ꝙ mo
tus cœli eſt motus ſimplex naturalis illi corpori:
principiũ illius motus ſit forma ſubſtãtialis q̃ eſt
natura illius corporis:ex eo uero ꝙ eſt infinitus ſe
quiꝛ illã formã eſſe ĩmaterialẽ & pſe ſubſiſtentẽ.
Adducã nũc multos Ariſt.locos ex quibꝰ hoc ma
nifeſtũ colligiꝛ quin etiã.B.Aug. in libris de ciui/
tate dei ab hac poſitione nõ eſt alienus ꝙ.ſ.angeli
ſint aĩæ corpoꝝ cœleſtiũ ueꝝ nollo ab iſtituto di/
ſcedere atq; alicuius auctoritati inniti pſertim cũ
tu id fatearis. Quorſuꝫ hæc tãta: ad hoc inq̃ ne ali
cui uideaꝛ ĩpoſſibile aliquẽ eſſe actũ ſeu formam
pficientẽ aliquã materiã q̃ ſit hoc aliquid & q̃ ſit p
ſe ſubſiſtens:nã q̃uis talis forma ſit in actu & perfe
pfecta eſt tñ actus:qr actuare paratã materiã põt:
actuare nãq; nõ eſt pficĩ:ſed perficere. Apud uero
Diuũ Tho.qui aliter ſentit hoc nõ negaꝛ:qa repu/

gnat actui pſe ſubſiſtẽti actuare.ſed quia materia or
dinaẽ ad formá & ad utilitaté formæ refferi debet
qđ nõ eſt in ītelligentiis apud ipm ueꝝ ſi in alicuius
formæ pſe ſubſiſtentis utilitaté cedere poſſet aliqua
materia pſe ſubſiſtere nõ impediet quin illa forma
actuet illá materiá.His aũt poſitis reuertamur ad p
bandũ illud qđ ſupius īprobatũ dimiſimus hoc aũt
eſt ꝙ formæ materiales ſunt mortales īmateriales
uero īmortales & incorruptibiles:hoc uero ſic oſten
diẽ.Oẽ ꝙ corrũpiẽ uel p ſe uel p accñs corrũpiẽ pſe
corrũpit id ꝙ pſe eſt qm āmitit ac perdit actũ p qué
eſt:p accñs uero corrũpiẽ actus ille qui eſt in ente p
ſe nõ tñ ipſe eſt pſe:īpoſſibile náq eſt aliquid eſſe qn
uel illud pſe ſit uel ſit in aliquo pſe ente.oẽ aũt cõpo
ſitũ ex materia & forma materiali cũ forma illa non
ſit in materia illa niſi diſpoſita p qualitates habẽtes
cõtrariũ corruptis diſpoſitiõibus illis a cõtrario actũ
ſuũ amittere põt:qr & etiá ꝙ inſequiẽ actũ:ex quo ſe
quiẽ ꝙ corruptibile ſit:forma uero illa ſeu actus cũ
āplius nõ ſit in ente perſe ipſe uero pſe nõ ſit deſinit
etiá ipſe eſſe ſicq mortalis eſt:quáobrẽ dicit Ariſto.
de formis ꝙ ſunt & nõ ſunt abſq generatione & ge
neratiõe ipſaꝝ:ex his ergo manifeſtũ eſt qđ oĩs for/
ma materialis eſt mortalis.Probemus modo ꝙ for/
ma īmaterialis q̃ pſe eſt eſt ſimpliciter īmortalis.Ni
hil ens in actu tendit ad nõ eſſe ꝙ āmitere nõ poſſit
actũ p qué ẽ:ſed huiuſcemodi formæ quæ ſunt pſe ī
actu nõ poſſunt āmittere actũ per qué ſunt ergo ſũt
ſimpliciter īcorruptibiles & īmortales.maior ẽ ma/
nifeſta:nihil.n.põt perdere eẽ qđ nõ perdit actũ per
qué eſt:minor pbatur quia iſte formæ ſibi ipſi ſunt
actus nihil aũt ſe ipm pdere põt:qr ſequiẽ de neceſſi
tate ꝙ formæ īmateriales quia ſunt in actu & ſunt
actus ſibi ipſis ꝙ ſimpliciter incorruptibiles ſint:ſibi
náq ipſis ſunt uigor eẽndi.Oĩbus his certiſſimis ut
puto rõnibus cõprobatis accedamus mõ ad pricipa
le ppoſitũ noſtrũ:pſcrutemurq an ītellectus huma
nus ſit īmortalis necne.principiũ huius pſcrutatiõis
certũ ac firmũ eſſe hoc exiſtimo cuius cá oĩa ſupiora
pcurrimus.palá eſt ītellectũ eẽ ſubſtantiá & eẽ hoĩs
formá:nõ repugnat aũt formæ q̃ eſt actus eẽ in actu
ut pbauimus.Innata uero nobis eſt uia ex notiori/
bus nobis:notiores uero nobis ſunt operatiões quá
eẽntie iccirco ab opationibus intellectus pcedamus:
cõſideremuſq an ex opationibus īellectus probari
poſſit ītellectũ eẽ formá pſe ſtanté & actu enté an po
tius ecõtra ex illis cõcludaẽ intellectũ nõ eẽ pſe ſtáté
neq pſe actu:ſed tñ actũ corpis.Ná ſi primũ cõclu
deẽ ſequiẽ de neceſſitate intellectũ eẽ īmortalẽ ſim/
pliciter:ſi uero ſecũdũ ītellectus pculdubio erit ſim
pliciter mortalis quẽadmodũ dícit excellẽtia tua:ue
rũ qm̃ uana oĩs pſcrutatio noſtra ſi animá eſſe īmor
talé eẽt articulus fidei ut dícit excellẽtia tua ná lumẽ
naturale hominis nõ ptingit ad articulos fidei oſten
dendos ueꝝ ex ſupnaturali tñ lumine cognoſcunẽ:
dicimus ꝙ fides aliquoꝝ perſe eſt aliquoꝝ uero per
accñs:fides pſe illoꝝ ẽ ad q̃ nullo pacto ratio natura
lis attingit:uerbi.g.deũ eẽ trinũ & unũ:p accñs uero
fides multoꝝ eſt quæ licet a ſapiẽtibus p demõſtra/
tioné ſciátur hominibus tñ craſſioris ingenii & qui
philoſophiæ nõ uacarũt pponũtur credẽda ex fide:

uerbi.g.deũ eẽ ũnũ ẽ pbatũ demõſtratione naturali
proponiẽ tñ credendũ ſtatim in principio ſymboli
cũ dicíẽ.Credo in unũ deũ:ſic dicimus ꝙ credere re
ſurrectioné corpoꝝ eſt articulus fidei qui rõe natu/
rali probari nõ põt:illud uero ꝙ ẽ ſuppoſitũ ab hoc
articulo.ſ.animá eẽ īmortalẽ pertinet p accñs nõ p
ſe ad fidé:ſicuti etiá unũ deũ eſſe:quare nõ uana erit
inquiſitio noſtra ſi inueſtigabimus an hoc rõe natu/
rali probari poſſit.His ergo declaratis quæ neceſſa/
ria erát bene ītelligere ad rationes quas ſubdemus ī
telligendas:quo factũ eſt:ut plixiores fuerimus in
eis explicádis.Accedemus ad probandá concluſioné
noſtrá.ſ.ꝙ intellectus humanus ſimpliciter ſit īmor
talis itaq remaneat poſt corruptioné cõpoſiti.Duæ
ſunt opationes ppriæ aiæ ītellectiue quatenus ītelle
ctiua eſt:haꝝ altera ẽ ītelligere:altero uero q̃ ptinet
ad appetitũ ſequenté intellectũ eſt uelle:atq eligere:
Dico ergo ꝙ ex utraq oſtendiẽ intellectũ eſſe ſimpli
citer īmortalẽ:primo ergo pcedamus ab ītellectiõe
utamurq rõe Ariſt.nolo tñ ut auctoritas Ariſt.nos
aliquo pacto moueat:ſed tñ cõſideremus rationes.
Forma illa quæ oĩa ītelligit eſt pſe ſtás atq īpmixta
materiæ:ſed ītellectus oĩa ītelligit ergo ītellectus ẽ
forma pſe ſtans & īmixta materiæ:maior probatur
tripliciter aut quadrupliciter.primo ſic forma quæ
oĩa intelligit uniuerſalia ītelligit & quicquid eſt reꝝ
intelligit:oĩs aũt huiuſmodi eſt perſe ſtans:& īmate
rialis:ergo forma oĩa ītelligens ẽ perſe ſtans & īma/
terialis:huius rationis minor eſt nota ná oppoſitũ
pdicati infert oppoſitũ ſubiecti.Maior probaẽ quia
oĩs cognitio uel ẽ idẽ pſe cũ forma exiſtente in po/
tentia cognoſcitiua ſcđm eſſe ſpirituale:uel eſt actio
īmanens cuius principiũ ẽ forma illa:uel ẽ cõphẽſio
ac ueluti q̃dá cõtinẽtia illius formæ a potẽtia cogno
ſcente:quõcũq ſit de neceſſitate modus cognitionis
inſequiẽ eſſe formæ cognoſcibilis in uirtute cogno
ſcente.Ná ſi cognitio ſit ipſamet forma manifeſtũ ẽ
id qđ diximus.Si uero fuerit actio cuius principiũ ẽ
forma illa.manifeſtiſſimũ etiá ẽ ꝙ ſequeẽ modum
atq eẽ formæ q̃ ipſius ẽ principiũ.Si uero ſit cõphẽ/
ſio formæ illius mãifeſtũ etiá eſt ꝙ forma eo modo
cõphendeẽ a potentia quo habet eẽ in potentia illa:
idẽ hoc etiá experimento cõprpbari põt:quia oculus
citrinus iudicat albũ eſſe coloris citrini:quia ſecũdũ
illud eſſe forma uiſibilis eſt in oculo eius ꝙ moueẽ.
His declaratis accedamus ad pbationé minoris ī uir
tute ſeu forma cognoſcẽte uniuerſale & ipm ꝙ quid
eſt neceſſe eſt formá rei ītellecte etiá ſcđm eẽ abſtra/
ctũ ab hic & nũc:aliter per eá uniuerſale aut quicqđ
eſt intelligi nõ poſſet ut demõſtrauimus:ſed forma
ſcđm eſſe abſtractũ īpoſſibile eſt ut ſit ī corpore aut
ulla parte corporis:quia oẽ corpus limitatũ eſt:rece
ptũ uero ī recipiente eſt ſcđm modũ recipientis ut ẽ
pſe notũ.ergo hæc forma erit in ītellectu tñ nõ aũt
in corpore:qđ ſi eſt:de neceſſitate ſequiẽ ꝙ ītellectus
ſit perſe ſtans.ſi.n.nõ pſe eẽt:ſed haberet intrinſecá
materiá a qua depẽderet in eſſendo:penitus impoſſi
bile eſſet aliquid eſſe in ītellectu & nõ eſſe ī corpore
aut materia:ná forma & materia ut diximus ſupius
nõ ſunt partes ītegrantes ita ꝙ una poſſit eſſe extra
aliá:ſed ſicuti forma actuans materiá eſt in quacũq

parte materiæ:& totá materiā penetrat ut ita dixeri:
ita φ nihil eſt materiæ quin illud actuetur a forma:
ita etiá forma quæ eſt tm̄ actus & nō eſt in actu ſed
dependet in eſſe a materia neceſſe eſt ut ſecúdú totá
penetreť ut ita dixerim a materia:ita φ nihil ſit iue/
nire formæ illius i quo itrinſeca nō ſit materia:ná ſi
aliqd formæ iueniremus iquo nō itrinſeca eēt mate
ria illud certe pſe ſtaret neq; in eē depéderet a mate/
ria:ſicuti ēt ſi aliqd materiæ iueniremus φ nō actua
reť a forma neceſſe eſſet dicere φ illud pſe ſtat abſq;
forma:qđ accidere ī materia q̄ é tm̄ potétia implicat
cōtradictioné ut manifeſtú eſt. Reuertamur ergo ad
pbationē noſtrā & dicamus φ cú forma itelligibilis
q̄ é principiú itellectionis uniuerſalis ſeu ipſius φ qd
é ſit i ſic cognoſcēte ſcđm eē abſtractú ut pbauimus:
neceſſe é ut talis forma nullo pacto ſit ī corpore:ſed
tm̄ ſit uirtute illa uniuerſali cognoſcēte quia neceſſe
eſt illā uirtuté pſe eē in actu ſine corporis mixtione.
Alio etiá mō hoc idē deduci pōt: forma itelligibilis
eſt i uirtute illa ſcđm eē abſtractu:ergo etiá ea uirtus
habet eē abſtractú:φ ſi fuerit:ergo affectio materiæ
q̄ é hic & núc nō ptingit ad ipſam formá ergo ut p/
bauimus ſupius i eē nō dependet a materia qa pſe é.
Efficaciſſima igiť rōe oſtéſum é φ uirtus cōphendes
φ quid é:ē:uniuerſale pſe ſtat: quaŕ ſequiť φ uirtus
cognoſcens oia pſe ſit. Secúdo principaliter pbaŕ ma
ior illius primi ſillogiſmi.ſ.φ forma cōphēdens oia
pſe ſtat:uirtus cōphendens oia cōphédit oia organa
corporea:ſed uirtus cōphédens oia organa corporea
nō é mixta alicui organo quia pſe é:ergo uirtus cō/
phēdens oia pſe é & hæc eſt maior primi ſillogiſmi.
Huius rōis minor é pſe nota maior pbaŕ qa organú
quo aliqua uirtus de neceſſitate utiť in ſua opatione
ſemp é mediú iter obiectú circa φ uirtus opatur &
ipſam uirtuté:quia impoſſibile é ipſam uirtuté circa
organú illud opari:uerbi.g. Si i ſcribédo neceſſarius
eſt calamus ípoſſibile é uirtuté illá cui ānexus eēt ca/
lamus ſcribere & ſic i aliis p idu
ctioné é manifeſtú: quáobrē uirtus q̄ itelligit & cō/
phendit oia organa corporea i ſui opatiōe nō utitur
organo corporeo quia nec etiá i eſſe é mixta organo
corporeo:res.n.nō pōt opari niſi eo mō quo é:ſequi
tur ergo φ pſe ſit:qŕ pbata maiore nře rōnis ſequiť
nřa cōcluſio q̄ erat maior illius ſillogiſmi primi φ.ſ.
forma cōphendēs oia pſe ſit. Tertio principalŕ pbať
eadē maior. Virtus cōphēdēs oia ſe ipſam cōphēdit
& ſuas opationes itrinſecas:ſed nulla uirtus cōphen
dens ſe ipſam utiť organo aliquo quia ſemp organú
ut diximus p iductioné eē manifeſtú eſt mediú iter
obiectú circa φ opaŕ uirtus & ipſam uirtutem ergo
uirtus cognoſcēs oia nō é uirtus organica quia in eē
depēdet ab organo aliquo corporeo organum nāq;
corporeú illud aquo i eſſe depēderet eēt itrinſece ad
mixtú ipſi q̄z ſine ipo opari nō poſſet. Seqť ergo φ
pſe ſit. Quarto pricipalŕ pbať maior illius primi ſil
logiſmi. Virtus cognoſcēs oia cognoſcit oēs formas
materiales:ſed forma cōphēdens oēs formas mate/
riales nō pōt eſſe ī genere formaꝝ materialiú & mix
taꝝ materiæ ergo forma cognoſcēs oia é imixta ma
teriæ qŕ pſe eſt:minor é manifeſta:maior pbaŕ quia
recipiēs é denudatú a natura rei ſceptæ: nō.n.recipit

niſi quatenus ē in potétia ad naturā rei receptæ q̄z
actus ſcđm eēntiá ſiue naturá nō eſt in genere rei re
ceptæ:hoc aút pter rationé eſt máifeſtú iductiōe ná
nulla figura alicuius ſpēi eſt ſubiectú recipiens alias
figuras:neq; ſubiectú recipiens colores ſcđ.n eēntiá
pōt eſſe i aliqua ſpé coloris:materia ēt prima qa reci
pit formas ſubſtātiales i ſui natura nō habet formá
ſubālem aliqua.qŕ ſequiť φ uirtus recipiens oēs for
mas materiales nō ſit i genere formaꝝ materialiú:
ergo erit imixta materiæ qa pſe ſtans ſine materia:
ois igiť uirtus cognoſcēs oia é uirtus pſe ſtās pbata
é ergo efficaciſſimis rōibus maior primi ſillogiſmi.
Minor aút φ.ſ. itellectus cognoſcat oia é nota ex idu
ctione ná uniuerſalia & φ qd é cognoſcit: imo φ qd
eſt q̄ſi eſt obiectú ppriú itellectus:cognoſcit & iueſti
gat naturá oium organoꝝ corporeoꝝ ſeipm & ſuas
opationes iquirit & cōphendit oēs quoq; formas ma
teriales pſcrutať ut manifeſtú é ex hoibus:quoꝝ aliq
i d ſciplina certi cuiuſdá generis ſunt excellentes:alii
uero i diſciplina alterius generis:& ſic de oibus reꝝ
generibus:qŕ qa cōcludamus cú philoſopho & dica
mus φ neceſſe eſt nō pbabile inq̄ aut rōabile: ſed ne
ceſſe é itellectú eſſe imixtú materiæ ſcđm eē ná itus
apparés.i.materia q̄ ipm intrinſece penetraret ſi ab
ipſa i eſſe depēderet alienú phibebit & obſtruet:ob
ſtruet ná p cognitioné uniuerſalis & φ qd é: hoc.n.
eſt alienú a natura materiæ: phibebit cognitioné or
ganoꝝ oium corporeoꝝ ut ſui ipius:hoc.n.é alienú
a natura i cuius eſſe é materia: phiberet cognitioné
formaꝝ materialiú quaꝝ neceſſe é ipm eſſe imixtú
& imateriale. Cæteꝝ cur moror ego i huius rei oſtē
ſiōe cú excellētia tua cōcedat φ nec itellectio nec for
ma itelligibilis ſit i organo corporeo:ſed duo adiun
git excellentia tua ex qbus adiúctis ppea q̄ diximus
nō uideť tolli materialitas ab intellectu. Primú φ di
cit eſt φ p táto diciť itellectio aut forma itelligibilis
nō eſſe in organo corporeo nō qa nō ſit i corpore ná
uideť eē ipoſſibile quú aia i q̄ é itellectio ſit i corpore
φ forma itelligibilis nō ſit i corpore:ſed ppea φ reci
piť i aia idiuiſibiliter nō aút extenſe:quo ſit ut itelle
ctus poſſit ſeipm ſupra ſe reflectere & ſe intelligere.
Alteꝝ φ dicit excellētia tua eſt hoc φ licet itellectio
nō ſit i organo corporeo poſſumus tm̄ dicere φ totú
corpus ſit organú ipſius itellectus & cōcurrat ad in/
tellectioné quia.ſ.cōcurrit ad eſſe itellectus in quo é
intellectio. Ex quo poſtremo dicto mihi uideť excel
lentiá tuá iferre uelle φ licet itellectio ſit tm̄ in itelle
ctu & nō i corpore itellectus tm̄ p ſepationé a corpe
perit ſicut: Exēpli gřa:ſi qs diceret manú eſſe imixtá
brachio & illud φ é i manu nō eſſe i brachio manus
tm̄ p ſepationem a brachio corrúpiť & perit. Sequiť
ergo φ licet intellectio nō ſit i organo corporeo:ſed
tm̄ in itellectu nō tm̄ cōcludiť quín itellectus ſeparus
a corpore pereat. Ad primú hoꝝ rńdeo iterrogádo
excellentiá tuá quid intelligat p eſſe formæ indiuiſi
bile in itellectu ná indiuiſibile quátú ſpectat ad ppo/
ſitú diciť duobus modis:punctú náq; indiuiſibile di
cimus uno mō quia ptinens ad quátitaté non habet
partes inquas diuidať. Alio uero mō dicimus intelli
gentiá eſſe idiuiſibilem nō quidem ſicuti punctú ná
punctú habet determinatá poſitionem in quátitate

cõtinua. Sed dicitur itelligentia idiuiſibilis ſicuti uox dicit̃ inuiſibilis quia .ſ. non eſt ex eoꝝ genere quæ uideri poſſunt: ita etiá itelligentia indiuiſibilis quia nullo pacto ptinet ad genus i qđ cadit aut pſe aut p accńs diuiſio: forma igit̃ intelligibilis q̃ eſt in itellectu idiuiſibiliter eſt idiuiſibilis uel erit indiuiſibilis ſicut punctú: aut ſcđm modú quo diximus itelligentia. Si primo modo ſtatim ſequit̃ ꝙ intellectus ſit uirtus organica quia illud puctú corporis ſecundú determinatá portionem cuius forma intelligibilis é indiuiſibilis erit organú intellectus qđ é cõtra ea quæ demõſtrauimus & cõtra ea quæ dicit excelléntia tua. Primo neceſſe erit aſſignaṙ in qua parte corporis ſit hoc puctú an .ſ. in corde an in cerebro aut in aliqua alia parte corporis ibiq; dicemus eé organú intellectus. Si uero excelléntia tua dicit formá eé in itellectu indiuiſibilé ſicuti dicimus intelligentiá eé indiuiſibilé quú receptú ſit in recipiéte ſecundú eſſe recipiétis: erit ergo intellectus etiá ſic idiuiſibilis: oís aút forma ſic indiuiſibilis eſt forma imaterialis: quia affectio materiæ ad ipſá ptingere nõ poteſt ut manifeſtú eſt ex fine octaui phyſicoꝝ. Ad ſecundú qđ uidet̃ dicere excellétia tua manifeſtú eſt ꝙ id qđ poteſt dici de manu abſciſa aut aliquo alio corpore ullo pacto poteſt applicari intellectui qui ponitur per ſe eé: & actuare corpus quia manus abſciſa corrúpitur eo ꝙ perdit actum ſuum per corruptiõem diſpoſitionum cõuenientium illi actui: ſed intellectus qui ponitur eé in actu & perſe eé quú ipſe ſibi ſit actus amittere ſuú actú non poteſt ut ſuperius demõſtrauimus: quare ſequit̃ ꝙ ſimpliciter ſit imortalis. Hactenus oſtéſum eſt ꝙ animus hominis ſit ſimpliciter imortalis rationibus ſúptis ab ea operatione quæ eſt itelligere. Núc uero téptemus an etiá ex operationibus appetitus intellectiui .i. uoluntatis hoc idem oſtendi poſſit. Voluntas ſicut dicit philoſophus differt ab appetitu ſenſitiuo in eo ꝙ appetitus ſenſitiuus eſt particularis cuiuſdá boni uolútas aút eſt boni uniuerſalis. Huiuſq; ratio eſt in promptu quia appetitus retinet naturá potentiæ cognoſcitiue quá inſequitur. ſenſus auté ſingulariú eſt/intellectus uero uniuerſaliú quo fit ut uoluntas appetat honeſtum qđ in ſe eſt: & abſolute bonú: appetitus uero ſenſitiuus appetat bonú ſibi delectabile. Voluntas aút circa bonum qđ appetit duas habet operatiões: quaꝝ altera eſt ipſius finis: & huiuſmodi operationi applicatur nomen ipſius potétiæ: diciturq; & ipſa uolútas ſeu uelle. Altera uero é eoꝝ bonoꝝ quæ ſunt ad finem & iſtoꝝ eſt electio diciturq; intellectus ea elligere: & hæc eſt liberú arbitriú: modo ſicut ſe habet intellectus circa principia prima & cõcluſiones ita ſe habet uoluntas circa ea quæ appetit: ná ſicuti ueritas abſq; ulla falſitate: & omniú tandem ueritas continet̃ in primis principiis quo fit ut intellectus ſtatim eis aſſentiat neq; ab illis diſſentire queat concluſionibus uero aſſentit neceſſario: his quidé quæ neceſſariá cõſequentiá habere uidentur ex principiis: aliis uero cõcluſionibus in quibus hæc neceſſaria cõſequétia nõ inſpicitur nõ penitus aſſentitur intellectus: ſic quoq; uoluntas in ipm finé ultimú de neceſſitate fert̃. illis aút quæ ſunt ad finé: & ſunt oía alia bona quæ appetit niſi neceſſaria uideátur aperte habere depédétiá a fine ultimo quia ſunt bona & habent etiá aliquem boni defectú poteſt uolútas in ea ferri & ea renuere quo fit ut ſe ipſam agat: in illis proſequédis. His poſitis argumtamur primo ex parte operationis uolútatis quæ eſt circa ultimú finem deinde ex parte operationis eius quæ eſt ellectio ꝙ intellectus hominis eſt imortalis. Argumentemur ergo: bonú qđ uolútas appetit ut ultimú finem é bonú ꝙ uoluntas renueṙ nõ poteſt: & qđ omni ea parte uoluntaté implet: ſed huiuſmodi bonú eſſe nõ poteſt niſi bonú illud qđ cõtinet oé bonú: uel ſtatus omniú bonoꝝ aggregatiõe: perfectú ergo bonú qđ eſt ultimus finis uolútatis noſtre é bonú cõtinés omne bonú. Anteq̃ ulterius procedamus declaremus ꝓpoſitiões huius ſyllogiſmi. Minor propoſitio quæ primo eſt poſita quátú ad primá eius parté .ſ. ꝙ bonú qđ é ultimus finis uolútatis eſt bonú in qđ neceſſario fertur uoluntas: manifeſta eſt ex ſuperius dictis: quia uolútas eodem mõ ſe habet ad illud bonú appetendú quo intellectus ſe habet ad aſſentiendú primis principiis: quantú uero ad ſecundá parté ꝙ .ſ. illud bonú eſt bonum qđ omni ea parte implet uoluntaté probatur. Ná deus & natura non dedit appetitú rebus niſi ut ꝑ illú inclinarétur ad finé atq; perfectioné ſibi cõuenienté quo fit ut in oíbus rebus appetitus correſpondeat perfectioni: adeo ut neq; ſit maior, neq; ſit minor perfectione ad quá res illa eſt ordinata: nõ .n. fecit natura intrinſeca repugnátia extrinſecis ſicut dicit philoſophus in primo de cœlo contra Pla. quapropter corruptibili dedit cauſas extrinſecas corrúpentes fecit natura incorruptibile appetitus ergo nõ excedit ultimá rei perfectioné neq; ab ea deſſicit: ſed quú ad eá ꝑuenerit res appetitus queſcit & undiq; eſt ſatur ut id dixerim: anteq̃ uero ad eá perueniat ſemper inclinat & mouet ac quaſi ré ſtimulat ad perfectioné ſuam quátúcúq; res illa extrinſecis fulciméntis ſuſtentata quieſcat. Hoc uero ſenſu cõphendimus: in rebus oíbus naturalibus graue núq̃ quieſcit niſi cú ad centrú peruenerit: túc .n. plane quieſcit: átea uero quátúſcúq; fulciméntis ſubſtétatú quieſcat: ſemper tamen uergit ad centrú reſq; ipm ſuſtinentes pmit. Minor ergo primo aſumpta eſt manifeſta ꝙ bonú qđ uolútas appetit ut finé eſt bonú ꝙ uoluntas renuere nõ põt: & ꝙ oí ea parte uolútaté implet. Maior uero ꝙ huiuſmodi bonú eſt bonú cõtinés oé bonú: & eſt ſtatus oíum bonoꝝ aggregatiõe pfectus: ꝓbatur: quia bonú illud qđ nõ cõtinet oé bonú ſed aliqua ex parte deficit (quia deffectus boni habet̃ pro malo) uolútas renuere põt: niſi i eo neceſſaria dependétia ad finé ultimú appareat: ꝙ nõ põt eſſe in ultimo fine quia a nullo alio fine depédet. quare uolútas in illud nõ neceſſario ferret̃ neq; erit cõſequens ultimus finis. Tale etiá bonú qđ nõ cõtinet omne bonú nõ omni ex parte implet appetitú noſtrú ut quilibet in ſe ipſo experiri põt: interroget

unuſq́ſq ꝑ ſeipm an in quātauis cognitiōe ex ſciē
tiis habita an in quauis alia uirtutis opatione oī
ex parte quieſcat: & uidebit ꝙ nō quieſcit licet ma
gis quieſcat in illis quā in rebus aliis quia per illas
ad finē ſuū tendit nō aūt per res alias: ſicuti graue
ſi moueat̄ ad centrū magis ſecundū naturā ſe ha/
bet in illo motu & magis eius appetitus quieſcit
quā ſi moueat̄ ſurſum aut ſi ſurſum detineat̄ nō
tñ penitus quieſcit ſicut queſcit in centro quia ad
centrū tendit cōſimile quoddā in ſeipō unuſqſq
recte cōſiderans intuebit̄: cū ergo cōcluſum ſit ꝙ
finis inquē tendit uolūtas ſit bonū qđ cōtinet oē
bonū & ſit ſtatus omniū bonoꝝ aggregatione ꝑ/
fectus: huic cōcluſioni adiūgamus ꝙ uirtuti mor
talis & formæ materialis huiuſmodi finis cōueni
re minime pōt: qđ probat̄ quia uirtuti limitate cō
uenit bonū limitatū cuiuſmodi nō ē bonū qđ di/
ximus: ꝓterea rei bonū cōuenire nō pōt qđ nūq̄ res
illa aſſequi pōt: ſed huiuſmodi bonū a re mortali
nec a nobis ante mortē attingi pōt: ergo ſeqtur ꝙ
animus humanus cuius finis ille cōtinens oē bo/
nū ſit īmaterialis & īmortalis. Secūda opatio uo/
luntaris eſt electio: modo etiā ex hac inſpiciamus
ſi colligere poſſimus animi humani īmortalitatē
& īmaterialitatē. Pricipiū uniuſcuiuſq motus ſe
cundū naturā eſt aliqua inclinatio ſeu appetitus il
lius qđ mouet̄: appetitus aūt ē triplex quidā ē na
turalis: quidā ſenſitiuus: quidā ītellectiuus ſicuti
eſt electio: ea q̄ appetitu naturali tm̄ mouent̄ neq
cognoſcūt finē neq ea q̄ ſunt ad finē ſed a ſuperio
ri cā diriguntur per cōueniētia media ad ſuū finē.
illa q̄ mouent̄ appetitu ſenſitiuo licet cognoſcant
id ad quod ꝓxime mouētur ſcđm tñ impſſionē
formæ obiecti mouētur: nō aūt ipſa cōſultant ut
deliberāt: qr abſolute nō ſe agūt ſed agunt̄: q̄ uel/
le mouētur electiōe nō agunt ſed ſe ipſa agunt &
dominant̄ ſuis actibus. His declaratis dicamus ꝙ
aīa eſt principiū motus ex ſe cuiuſdā intrinſeci in
re aīata ut manifeſtū eſt: & hoc ē ꝓpriū aīæ: agere
inq̄ ecōtra corporis ē moueri & agi: quāobrem &
corpora oīa īanimata ponunt̄ inter ea q̄ mouent̄
ab alio. His ſuppoſitis argumētemur hoc pacto. Si
cut aīa illa q̄ in operatiōe ſua tm̄ agit̄ penitus cor
porea eſt & illa q̄ licet quoquō ſic agat abſolute tñ
agit̄ quō incorporea eſt abſolute tñ corporea ita
aīa illa q̄ ſe ipſa abſolute agit abſolute īcorporea
erit & abſolute aīa non mixta corpori. Hæc ꝓpō
eſt manifeſta ex ꝓprietate aīæ: & ex ꝓprietate cor
poris quas diximus: ſed aīa ītellectiua ſola ſeipsā
agit in elligēdo quū ſit dña ſui actus liberꝝq arbi
triū habeat: reliq uero ut uegetatiua q̄ tm̄ agit̄ cū
appetitu naturali ſerratur: & ſenſitiua q̄ abſolute
agit̄ licet quomō ſe agat quū ex cognitiōe mouea
tur. ipſa certe ſola erit abſolute īcorporea & abſo/
lute aīa īmixta corpori: & fortaſſe hāc rationē te/
tigit Plato cū dixit animā eſſe īmortalē cū ſe ipsā
moueat. Ecce ergo ꝙ ex ellectiōe libera uolūtatis
ſequit̄ humanū animū pſe eſſe ſine corpore: qr &
abſolute īmortalē: ſi quis etiā ſeipm cōſideret po/
terit hoc clare cōphendere: interroget. n. ſe quiſq
quis ſum ego: uidebit utiq ſe neq eſſe cerebrum

neq cor neq aliquā corporis partē ſed ſuperius
quoddā partibus oībus corporis ſupſtans. Ex his
igit̄ rationibus iudicio meo cōſtantiſſime oſten/
dit̄ animi humani īmortalitas: adeo ut putē quā/
cūq aliā demōſtrationē factā in philoſophia na/
turali facilius infringi poſſe quā has: excipio ſem/
per illas ſexti phyſicoꝝ & primi de cœlo in tracta
tu de infinito & ſi q̄ huiuſmodi ſunt q̄ potius dicē
de ſunt mathematice q̄ naturales. His hactenus di
ſcuſſis īmortalitatē hāc aīæ demōſtratā meo iudi
cio circūſtāt multa ad q̄ demōſtrāda rō naturalis
ut patet perfecte attingere non pōt: ſed quibuſdā
